This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

L 385

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

POETAE SCENICI
LATINORUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

1927
F4-5K
2-3

Digitized by Google

POETARUM LATII SCENICORUM

FRAGMENTA.

RECENSUIT

FRIDERICUS HENRICUS BOTHE.

VOLUMEN PRIUS.

FRAGMENTA TRAGICORUM.

LIPSIAE,
APUD HENR. WEINEDEL.
MDCCCXXXIV.

Digitized by Google

POETAE SCENICI LATINORUM.

COLLATIS CODD. BEROLINENSIBUS, FLORENTINO, FRIBURGENSI, GOTHANO, GUELPHERBYTANIS, HELMSTADIENSIBUS, MONACENSI, PALATINO, PARISIO, ULTRAIECTINO, ALIISQUE SPECTATAE FIDEI LIBRIS,

RECENSUIT

FRIDERICUS HENRICUS BOTHE.

VOLUMEN QUINTUM.

FRAGMENTA.

LIPSIAE,
APUD HENR. WEINEDEL.
MDCCCXXXIV.

Digitized by Google

L 385

HARVARD COLLEGE LIBRARY

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Vir eruditissimus Gerardus Joannes Vossius in praefatione Castigationum ac notarum suarum in fragmenta Livii Andronici, Ennii, Naevii, Pacuvii et Attii *): „Quod in statuis," inquit, „ac picturis usu venire solet, ut aliae quidem placeant novae formae decore, aliis vero longa aevi vetustas majestatem ac precium addat: idem in poëtis contingit, illis praesertim, qui carmine tragico immortale sibi nomen pepererunt. De me quidem fateor lubens, lectione illorum fragmentorum, quae Tullius aureis Tusculanarum Quaestionum ac de Divinatione libris, vermiculati instar emblematis, inseruit, excitari in animo meo non mediocrem

*) Excusus liber est Lugduni Bat. apud Joannem Maire, 1620, paginis 198, 8., una cum Petri Scriverii Collectaneis veterum Tragicorum, Livii Andronici etc. (pagg. 263), quem librum excepit sequente annō L. Annaeus Seneca Tragicus, editus ex recensione et Museo ejusdem Scriverii, cum Lipsii, Gruteri, aliorumque animadversionibus.

Digitized by Google

amorem Ennii, Attii, aliorumque priscae aetatis poëtarum, qui etsi illis temporibus vixere, quibus Apollo ac Musae cothurnatum in urbe pedem ponere demum coeperant, tamen ad carmen sublimis spiritus plenum proximi, ejusque melioris, seculi vatibus feliciter adeo viam munierunt. Neque aliter judicare arbitror quemquam, qui ex ungue leonem sciat aestimare." Sane haec est sententia omnium, qui non a limine veteres salutare sat habent, sed quasi intus et in cute, ut ait Persius, nosse cupiunt antiquitatem, et sicut linguarum in genere, sic inprimis Romanae loquelae primordia digna censent, quae altiori indagine perquirantur. Utinam igitur aut incorruptiores ad nos pervenissent veterrimorum illorum scriptorum reliquiae, aut intentiore cura in eas declarandas pristinoque nitori restituendas incubuissent viri eruditi! Verum senticeta haec plerique omnes refugerunt, nec per hos ducentos annos, ex quo Scriverii Vossiique de Tragicis latinis scripta prodierunt, similis argumenti quidquam publicatum fuit, quod quidem cognovisse operae sit, praeter collectiones quasdam poëtarum, satis negligenter factas, commentationesque nuper Henrici Planckii et Friderici Osanni, de quibus commentationibus vide notata nobis ad Livii Andronici Enniique fabularum fragmenta.

Quare in hanc arenam etiam ipse descendens veniam spero me impetraturum, si non tam illud

Digitized by Google

praestitero, quod volo, quam quod possum. Immensi enim prope res est laboris evolvere tot scriptores, quorum, si plura edidere, ne liber quidem indicatus nonnunquam sit, nedum libri aut caput aut versus; quae dum usquequaque investigando repereris, deficiat te dies. Repertoque loco, quem quaesiveris, alia saepe te expectat molestia explicandi verba tam depravata, ut Sphingem loqui putes, non hominem; ex quibus tamen verbis, velut e lapidibus, certe scintilla tibi elicienda est sententiae, ne nihil agere videaris. Quibus similibusque presso mihi difficultatibus subvenit humanitas E. W. Wüstemanni, bonarum litterarum in gymnasio Gothano professoris, qui, rogatu meo excussis nobilium urbium Gottingae atque Gothae bibliothecis instructissimis, et locos bene multos veterum scriptorum, quibuscum mihi res erat, notavit in Tragicis (nam Comicos attingere viro doctissimo non vacabat), et difficilia nonnulla explanare conatus est, ut ex animadversionibus nostris, ubicunque W littera adscripta fuerit, intelligetur. Cui pro laudabili, quam cum mihi, tum rei litterariae, navavit, opera, quas debeo, gratias ago habeoque maximas. Praedicanda quoque denuo est aliorum doctorum benevolentia, inprimis eorum, qui Heidelbergensium praesunt bibliothecae Academicae, et illi, quae, relicta a clarissimo Desbillonio, servatur nunc in Lyceo Manhemiensi. Inprimis au-

Digitized by Google

tem laudanda est Henrici Vogleri singularis voluntas, qua tempore non ita felici publicandum susscepit opus satis amplum, et cujus non tam cito vendendi esset spes quam vendidisset fabulas, praesertim malae notae, Milesias et id genus scriptorum, quod legunt, qui nondum aere lavantur. Quod viri politissimi consilium ut prosperum eventum habeat, vehementer opto. Dabam Manhemii, mense Junio anni MDCCCXXII.

Digitized by Google

INDEX SCRIPTORUM,

quibus in colligendis explicandisque hisce fragmentis usi sumus, quorum scriptorum qui saepius laudantur, eorum nominibus appositus est asteriscus.

C. Lucilius, satirarum scriptor.
M. Terentius Varro. *
M. Tullius Cicero. *
M. Coelius Rufus.
Scriptor Rhetoricorum ad Herennium. *
L. Afranius, poëta Comicus.
Asconius Pedianus.
P. Ovidius Naso.
Phaedrus fabulator.
M. Valerius Probus, grammaticus.
M. Annaeus Seneca, rhetor.
L. Annaeus Seneca, philosophus et poëta.
A. Persius Flaccus.
M. Valerius Martialis.
M. Fabius Quinctilianus.
Q. Terentius Scaurus, grammaticus.
Terentianus Maurus.
A. Gellius. *
L. Apulejus, philosophus Platonicus.
Nonius Marcellus. *
Q. Septimius Florens Tertullianus.
Trebellius Pollio, scriptor historiae Augustae.
Diomedes, grammaticus. *
Aelius Donatus.

Digitized by Google

Marius Victorinus.
Sextus Pompejus Festus. *
Maurus Servius Honoratus Petri Danielis et bibliothecae Fuldanae. *
Flavius Sosipater Charisius. *
Flavius Caper.
Macrobius Ambrosius etc. *
D. Augustinus.
Priscianus. *
Fabius Planciades Fulgentius.
Isidorus Hispalensis.
Junius Philargyrus, Virgilii explicator.
Rufinus de Metris.
Rufinianus de Figuris.
Calpurnius Piso de Continentia poëtarum.
Glossarium vetus MS. bibliothecae Fornerianae.
Anonymi Fragmentum de Metris, Censorino de Die natali adjectum.
Scholiastae aliquot veterum poëtarum, Terentii, Virgilii, Horatii, Persii, Statii, Juvenalis, etc.
Cledonius, grammaticus.
Joannis Salisberiensis Policraticus.
(Bibliothecae vet. Patrum maximae, Lugd. 1677, fol., tom. 23.)
Varii Critici, in consilium adhibiti, quorum G. J. Vossius V littera indicatur, sicut F Festum et N Nonium significat.

Digitized by Google

FRAGMENTA
TRAGICORUM LATINORUM.

I. DE LIVIO ANDRONICO
TESTIMONIA VETERUM SCRIPTORUM.

Cic. Brut. 18.

Nihil est enim simul et inventum, et perfectum. — Nam et Odyssea Latina (Livii Andronici) est sic tanquam opus aliquod Daedali, et Livianae fabulae non satis dignae, quae iterum legantur. Atque hic Livius, qui primus fabulam C. Claudio Caeci filio et M. Tuditano Coss. docuit anno ipso antequam natus est Ennius, post Romam conditam autem quarto decimo et quingentesimo, ut hic ait, quem nos sequimur (h. e. ante Christum nat. a. 240.). Est enim inter scriptores de numero annorum controversia. Atejus *) autem Q. Maximo

*) Ἀτήιος: vidd. Appian. de bello Syr. p. 220. ed. Toll. et Plutarch. vit. Crassi, quos laudat Frid. Osannus, bonarum litterarum Jenae professor, Analectorum crit. pag. 60. Idem Ateius (sive Atejus) scribendum esse vidit pro Attius, quod vulgo legitur apud Ciceronem. De Atejo philologo, libertino, Athenis nato, vid. Sueton. libri de illustr. grammaticis cap. 10. Nobilem grammaticum Latinum vocavit Asinius Pollio in libro, quo Sallustii scripta reprehendit, ut monet Sueton., qui et instructum ab eo fuisse memorat Sallustium breviario rerum omnium Rom., quod breviarium intelligendum esse apud Tullium Osannus existimat. Attius poëta nihil tale, neque ejus nominis innotuit grammaticus. Errasse autem Atejum in computando anno, quo primam suam Livius Andronicus docuit fabulam, non est quod dubitemus. Vide Osannum l. l. pagg. 39. seqq., qui ibidem p. 24: De illa, inquit, Q. Fabio Maximo (quintum) cons. facta (Tarenti expugnatione) cum capite 3. evidenter demon-

Digitized by Google

quintum consule captum Tarento scripsit Livium, annis XXX. postquam eum fabulam docuisse et Atticus scribit, et nos in antiquis commentariis [puta Pontificum, coll. 14, 55.] invenimus; docuisse autem fabulam annis post XI, C. Cornelio, Q. Minucio coss., ludis Juventatis, quos Salinator Senensi proelio (quo fusus Asdrubal: vid. Liv. 27, 46. sequ.) voverat. (anniversariis. Aliter Cassiodorus, quem falli puto, etsi etiam ludis Rom. edita sunt scenica spectacula.) In quo tantus error Ateji fuit, ut his consulibus XL. annos natus Ennius fuerit, cui quum aequalis fuerit Livius, minor fuit aliquanto is, qui primus fabulam dedit, quam ii, qui multas docuerunt ante hos coss., et Plautus et Naevius.

---

stratum sit sermonem esse non posse, quia incidat in annum 545. (Heynii Opusc. Acad. T. 2. p. 229.), intelligenda restat sola ea expugnatio, qua Tarentum a Romanis L. Papirio Cursore et Sp. Carvilio Maximo coss. a. U. C. 482. [secundum Petavii rationem: Pighius indicat a. 481.] (ante Christum nat. a. 272.) primum captum est. Sic ille, qui p. 9. ex eo, quod Tarenti captus dicitur Liv., haud inepte colligit, eum inde fuisse oriundum, cum praesertim ars scenica, quam profitebatur, ibi floreret maxime propter ingentem Tarentinorum spectacula frequentandi cupiditatem. Vide Heynii Opusc. T. 2. p. 226, Plaut. Men. prol. 29. sequ. In ista igitur expugnatione captum Andronicum emit senator Rom. M. Livius Salinator, cujus ille liberos erudiit, teste Hieronymo, et manumissus jam senior ad fabulas scribendas agendasque animum adjecisse existimandus est. Quod etiam grammaticam eum artem docuisse Romae, carminaque ab se composita latina praelegere solitum fuisse tradit Suetonius, fieri potuisse negat Osannus l. l. p. 27: „haec enim," inquit, „publica disciplinae litterarum professio non Liviani, sed multo recentioris aevi est. Atque ex Romanis qui praelegenti ei aures libenter praebuerit vacuas, fingi vix potest." Fraudi fuisse Tranquillo suspicatur, quod memoriae proditum repererit, Livium Salinatoris liberos erudivisse. Quod ad fabulas attinet, non tragoedias, ut plerique censent secundum Hieronymum, quodvis aliud spectaculorum genus a severitate Rom. abhorrere arbitrati, sed comoedias fuisse contendit p. 51, quibus comoediis, antiquo Graecorum more factis, tristia praesenti tempore supercilia explicuerint, sicut ante carminibus joco et hilaritate refertis convivalibus et Atellanis. Cujus rei testes dat Diomedem 3. p. 386, unde profecit Rabanus Maurus de arte gramm. 2. p. 46. b. tom. 1. ed., quae excusa est Colon. Agripp. a. 1626, Scholiasten Cruqu. ad Horat. Epist. 2, 1, 69. Cassiodorum Chronic. T. 1. p. 383, aliosque. Cf. sequentia.

Digitized by Google

Idem Tusc. Quaest. 1, cap. 1.

Doctrinâ Graecia nos et omni litterarum genere superabat; in quo erat facile vincere non repugnantes. Nam cum apud Graecos antiquissimum sit e doctis genus poëtarum (siquidem Homerus fuit et Hesiodus ante Romam conditam, Archilochus regnante Romulo), serius poëticam nos accepimus: annis enim fere DX. post Romam conditam Livius fabulam dedit, C. Claudio Caeci filio, M. Tuditano Coss., anno ante natum Ennium, qui fuit major natu quam Plautus et Naevius etc. (Mortuus fertur Livius Andr. a. U. C. 533. Certe ultra annum 540. eum non vixisse, probabiliter colligit Osann. l. l. p. 28.)

Idem de Senect. c. 14.

Vidi etiam (loquitur Cato major) senem Livium, qui cum sex annos, antequam ego natus sum, fabulam docuisset Centone (vid. Clav. Cic. h. v.) Tuditanoque Coss., usque ad adolescentiam meam processit aetate.

Horat. Epist. 2, 1, 61.

Habet hos numeratque poëtas
Ad nostrum tempus Livî scriptoris ab aevo.

Ibid. vers. 69.

Non equidem insector delendave carmina Livî
Esse reor, memini quae plagosum mihi parvo
Orbilium dictare; sed emendata videri
Pulcraque et exactis minimum distantia miror.
Inter quae verbum emicuit si forte decorum,
Si versus paulo concinnior unus et alter,
Injuste totum ducit venditque poëma.

T. Livius Historiar. lib. 7. c. 2.

Livius post aliquot (imo 123) annos (ab institutis Romae ludis scenicis, a. U. C. 391, ante Christ. nat. 361.), qui ab saturis ausus est primus argumenta fabularum serere, (idem scilicet, id quod omnes tum erant, suorum carminum actor,) dicitur, cum saepius revocatus vocem obtudisset, et venia petita puerum ad canendum ante tibicinem constituisset, canticum egisse aliquanto magis vigente motu, quia nihil vocis usus im-

Digitized by Google

pediebat. Inde ad manum cantari histrionibus coeptum, diverbiaque tantum ipsorum voci relicta.

Idem lib. 27. c. 37.

Decrevere item Pontifices, (a. U. C. 545, ante Christ. 207.), ut virgines ter novenae, per urbem euntes, carmen canerent. Id cum in Jovis Statoris aede discerent conditum ab Livio poëta carmen, tacta de coelo aedes in Aventino Junonis Reginae.

Valer. Maximus lib. 2. c. 4.

Paulatim deinde ludicra ars ad satirarum modos perrepsit; a quibus primus omnium poëta Livius ad fabularum argumenta spectantium oculos et animos transtulit. Isque, sui operis actor, cum saepius a populo revocatus vocem, obtudisset, adhibito pueri et tibicinis concentu, gesticulationem tacitus peregit.

Quinctil. Institut. orat. lib. 10. c. 2.

Turpe etiam illud est, contentum esse id consequi, quod imiteris. Nam rursus quid erat futurum, si nemo plus effecisset eo, quem sequebatur? Nihil in Poëtis supra Livium Andronicum, nihil in Historiis supra Pontificum Annales haberemus; ratibus adhuc navigaremus etc.

Sueton. l. de illustr. Grammaticis c. 1.

Grammatica olim Romae ne in usu quidem, nedum in honore ullo erat, rudi scilicet ac bellicosa etiam tum civitate nondum magnopere liberalibus disciplinis vacante. Initium quoque ejus mediocre exstitit: siquidem antiquissimi doctorum, qui iidem et poëtae et oratores semigraeci erant (Livium et Ennium dico, quos utraque lingua domi forisque docuisse annotatum est), nihil amplius quam graeca interpretabantur, ac, si quid latine ipsi composuissent, praelegebant.

A. Gellius Noct. Attic. lib. 17. c. 21.

Anno deinde post Rom. cond. quadringentesimo ferme nonagesimo, Coss. Appio Claudio, cum cognomentum Caudex fuit, Appii illius Caeci fratre, et M. Fulvio Flacco, bellum adversus Poenos primum coeptum est; neque diu post Callimachus poëta Cyrenensis Alexandriae apud Pto-

Digitized by Google

lemaeum regem celebratus est. Annis deinde postea paulo pluribus quam XX, pace cum Poenis facta, Coss. Claudio Centone, Appii Caeci filio, et M. Sempronio Tuditano, primus omnium L. Livius poëta fabulas docere Romae coepit, post Sophoclis et Euripidis mortem annis plus fere C et LX, post Menandri annis circiter LII.

Scriptor libelli de Tragoedia et Comoedia. Latinae fabulae primo a Livio Andr. scriptae sunt etc. (Cf. Livii fragm. incert. 58.)

Festus v. Scribas.

Scribas proprio nomine antiqui et librarios et poëtas vocabant; at nunc dicuntur scribae quidem (quidam?) librarii, qui rationes publicas scribunt in tabulis. Itaque cum Livius Andronicus bello Punico secundo scripsisset carmen, quod a virginibus est cantatum, quia prosperius resp. populi Rom. geri coepta est, publice ei attributa est in Aventino aedis Minervae, in qua liceret scribis histrionibusque consistere ac dona ponere in honorem Livii, quia ils et scribebat fabulas, et agebat.

Diomedes lib. 3. p. 486.

Ab his (Graecis) Romani fabulas transtulerunt, et constat, apud illos primo (primum malit Osann. Anal. crit. p. 51.) sermone Latino comoediam Livium Andronicum scripsisse.

Terentianus Maurus de Metris Putsch. pag. 2425.

Livius ille vetus grajo cognomine suae
Inserit Inonis versu, puto, tale docimen:
Praemisso heroo subjungit namque μέλουρον,
Hymnum quando chorus festo canit ore Triviae:
Et jam purpureo suras etc.

Hieronymus in Eusebii Chronico, e Suetonii libro de claris Poëtis.

Numero Eusebiano MDCCCXXX. Olympiade CXLVIIII, 1. (imo 134, 4.) Titus Livius, tragoediarum scriptor clarus habetur, qui ob ingenii meritum a (*M.*) Livio Salinatore *), cujus liberos erudiebat, libertate donatus est. (Et Livius a Livio ille appellatus.)

*) Fuit is senator Rom. et minimum bis consul a. U. C. 554 et 545. Vide J. G. F. Wetzelii Alterthumskunde p. 175. sequ.

Digitized by Google

Scholiast. Cruqu. ad Horat. Epist. 2, 1, 69.

Livius Andronicus, antiquissimus poëta, primus comoedias scripsit.

(*Ad Hieronymi locum animadversio Jos. Scaligeri.*)

T. Livius. Μνημονικὸν σφάλμα. Praenomen ejus erat Marcus, non Titus. Hieronymum gravissimae ejus occupationes saepenumero a vero abducunt, ut immanes anachronismos committat. Cic. in Bruto (c. 18.) scribit, primam fabulam Romae actam fuisse a M. (non legitur praenomen ap. Tullium.) Livio Andr. poëta, Claudio Centone, Caeci filio, et Tuditano Coss., anno ante natum Ennium, post Romam cond. DXIV. Idem etiam repetitur primâ Tusculanâ. Gellius in Chronologico cap. 21. lib. 17. refert, Livium fabulas Romae docuisse post Sophoclis et Euripidis mortem annis plus fere CLX, post Menandri mortem circiter LII. Jam Menandri mors contigit numero Eusebiano MDCCXXIV. Adjectis LII. fiet numerus MDCCLXXVI, qui profecto est annus ante natalem Ennii. Itaque hic committitur metachronismus annorum LIV.)

Acron, vel quisquis ille est, ad Horatii l. l.

Livius Andronicus, antiquissimus poëta, primus comoedias scripsit.

Cassiodorus Chronic. T. 1. p. 383.

C. Mamilio et Q. Valerio. His consulibus [qui exceperunt Centonem et Tuditanum] ludis Rom. primum tragoedia et comoedia ad scenam data.

(Rarissima est, sed parvi pretii, ut videtur Frid. Osanno Analect. crit. p. 9, Casp. Sagittarii, Luneburgensis, commentatio de vita et scriptis Livii Andron., Naevii, Ennii, Caecilii Statii, Pacuvii, Attii, Attilii, Lucilii, Afranii, M. Porcii Catonis. Altenburgi, 1672. pagg. 110. 8.)

Dubitari videtur posse, an idem fuerit, qui consulatum gessit cum M. Valerio Messala a. U. C. 564, ut qui non Marcus, sed Cajus appelletur a Polybio. Quanquam vid. Ernestii Clav. Cic. v. Livius Salinator. Utut haec res se habet, manifestum est falli Osannum Analect. crit. p. 19, cum fieri vix posse putat, ut Salinatoris liberos instituerit hic noster, propterea quod consul fuerit Salinator a. U. 566. (564.)

Digitized by Google

LIVII ANDRONICI

ACHILLES.

Si malos imitabo, tum tu pretium pro noxâ dabis. t. t. c.
Non. v. Imitat.

AĐONIS.

— — humum humidum pedibus fodit.
Prisc. l. 6. p. 719, 1. ed. Putsch.

AEGISTHUS.

1.

Jamne oculos specie laetavisti optabili? i. s.
N. vv. laetare et species.

2.

— Nemo haec voster ruminetur mulieri.
N. v. ruminare.

3.

Tum autem lascivum Nerei simum pecus i. s.
Ludens ad cantum classum lustratur.
N. vv. pecus et lustrare.

Achillis fragmentum Naevio adjudicat Bapt. Pius in edit. Nonii, quae Mediolani prodiit a. 1500; sed Livio tribuunt MSS., Ald. et Nestor Novariensis, ut monet G. J. Voss. Delr.: Mortem Achillis, opinor, narrabat, de qua Q. Smyrnaeus lib. 5. παραλιπ. Homeri. Achillem Carcini citant Graeci.

Adonidis fragm. in Prisciano meo MS., sane optimae notae, disertim Laevio tribuitur. Et videntur Stephani duo similiter in codd. suis invenisse, quando fragmenti hujus in Collectione sua non meminerunt. V.

Aegisthi 1. Laetavisti. Graecorum ἀγάλλειν comparat Hemsterhus. ad Thom. Mag. p. 4. — 2. Alii vostrûm, nostrae, vostrae ruminabitur. Vel nostri probat G. J. Voss., vel nostri, et cum Scriverio ruminetur. Apud Nonium ponendum videri ruminari propterea quod et MSS. et vett. edd. tum in Varronis, tum Livii verbis, constanter habeant ruminabitur et ruminetur. Non ab Agamemnone haec dici de Clytaemnestra, quod credidit Delrio, sed ab Aegistho de Cassandra. Nam sane, inquit, hoc verisimile magis facit fabulae argumentum. (Notum, Agamemnonem, Mycenarum regem et Graecorum in bello Trojano ducem, cum inde rediisset, occisum esse a Clytaemnestra uxore et Thyeste adultero. Vide Hygin. fab. 117 etc.) Almelov. ad Quinct. Institt. orat. X, 2. p. 923. ed. Burm. sic legendum putat: N. h. vestrum ruminabitur mulieri. W. — 3. classum, sive classûm, classium. Per Nerei simum pecus possis generatim intelligere pisces, quando omnes simis sunt naribus: et Tullius primo de Divinat. ex Pacuvio refert, classem Achivûm ab Ilio reducem ob lascivia piscium oblectasse.

Digitized by Google

4.

Solennitus a declitali laudet lubens.
N. v. solennitus.

5.

— — Nam ut Pergama i. s.
Accensa et praeda per participes aequiter
Partita est.
N. v. aequiter.

6.

In sedes conlocat se regias i. s.
Clytaemnestra juxtim, tertias gnatae occupant.
N. v. juxtim.

qui circum classem ludebant. Sed κατ' ἀντονομασίαν delphinos intelligi, magis probabile est: quando iidem peculiariter διὰ τὸ σιμὸν simones dicti, teste Plinio 9, 8. Et multum hanc sententiam juvat Eurip. in Electra, ubi chorus refert (v. 438.) τοὺς φιλαύλους δελφῖνας proris circumvolutos deduxisse Achillem ad Troiam. V. Et Scriver.: „Non. in pecus Livio tribuit; in lustrare Naevio; sed MS. Livio. Scal. in Conjectaneis Varron. (ad l. 4. de L. L. pag. 21. ed. Durdrecht. a. 1619.) his fragmentum aliud conjungit, et omnia ex Aegistho Naevii putat, hoc modo:

— Tum autem lascivum Nerei simum pecus
Ludens ad eantum classium lustratur; sirenes citis
Delphino junctis vehiculis, hippocampisque asperis.

Citat postrema istaec (sirenes — asperis) Non. in Hippocampi; sed loco mirifice distorto, et Naevii nomine obliterato." Sed Non. Mercer. dilucide: Naevius: Si renocitur. Delphino cinctis veh., h. a. E corruptis istis Si renocitur vel facias Siren ociter, vel Siren accitur, vel, quod maxime placet, Si irent ociter Delph. etc. — 4. Locum corruptissimum dicit Scriv. et recte. Libri fere: Sollennitusque; dein alii adeo ditali, vel litali, quod dedit Mercerus, a conditali, a declitali. Unde G. J. Voss. tentabat:

Sollennitusque a dea tali lauder lubens.

Ut dea κατὰ συνίζησιν coalescat. Verba, inquit, sunt Orestis, quibus Dioscuros affatus, cum Athenas sibi eundum esse intelligeret, ut ibi a sapientissima dea Pallade sollemnitus absolveretur. Vide extremam Euripidis Electram. Sane id verius puto quam si legas a deo, ut Apollo intelligatur, quo auctore Orestes homicidium commisit, ut idem Eurip. non uno loco refert. (Fortasse scribendum est Solennitusque adeo attuli laudem et lubens. Sed quis laudem se attulisse dicat, et cui, nescio.) — 5. Vett. codd. praedam. Sed perperam: nam praeda partita παθητικῶς dixit G. J. V. — 6. Malim nata occupat. Signat tres istos, Aegisthum, reginam conjugem, et natam ejus Electram. Matris nomen Κλυταιμνήστρη Iliad. A, et saepius in Odyssea. Quare secunda est porrecta. Sed Livius e diphthongo vocalem alteram abiecit. Ut minus sit, quod mirentur viri docti, idem factum esse ab Ausonio in Epitaphiis heroum (1. extrem.)

Vindicem adulterii cum Clytemnestra necet. V.

Digitized by Google

7.

Ipsus se in terram saucius fligit cadens. i. s.
N. v. fligi.

8.

Quin, quod parére mea vos majestas procat, i. s.
Toleratis, extemploque illamc deducitis?
N. v. procacitas.

AIAX.

Mirum videtur quod sit factum jam diu. i. s.
N. v. jam diu.

ANDROMEDA.

Confluges ubi conventu campum totum inhumigant. t. t. c.
N. v. confluges.

ANTIOPA.

Ita septuose dictiod abs te datur, i. s.
Quod consecutum sapiens aegre contulit.
N. v. septuose. (Saept. Mercer.)

7. Vulgo Ipse, quod glossema est, versui refragans. — 8. MSS., item edd. Med. Ald. aliaeque, ut monet Voss.; Tol. temploque hanc dedue. Unde ipse V.:

— Quin quod vos parere majestas mea
Procat, toleratis, temploque hanc deducitis?

Verba esse Clytaemnestrae, Electram ab ara abstrahi jubentis, quo ea metu confugerat. Quam in rem laudat cum Delrione Senecae illa Agamemnone extrema Concedam ad aras etc. Si retinendum videatur extemple, haud nolit scribi: — extemploque hanc hinc deducite. Ceterum libri: Q. q. p. vos maj. mea p.

Aiacis fragm. κατ' ἐρώτησιν scribe. Vel cum Delrio lege: M. v., quod fit? Factum jamdiu. V. Commate distinguendum post videtur. Mira videri solent antiquitus facta. Ex Sophoclis Lorario, inquit Delr.

Androm. Nonnulli confluge; item conventum, pro quo malebat Scal. cum vento. Sed V.: Malim, inquit, conventu, h. e. confluxu. Nam ventus natura sua potius siccat: ut qui sit πλῆθός τι τῆς ἐκ γῆς ἐηρᾶς ἀναθυμιάσεως κινουμενον περὶ τῆς γῆς: ut est ap. Philosophum Μετεωρολ. β. Ut mitigo a mitis, clarigo a clarus, ita ab antiquo humus pro humidus esse inhumigo. Verbo conflugi significari fluviorum σύῤῥοιαν, sive, ut Hom. Il. Δ vocat, μεγάγκειαν, ubi Eustath.: ἐὰν δὲ εἰς τοιοῦτον ἄγκος πολλὰ συμβάλλωσιν ὕδατα, μισγάγκεια τοῦτο λέγεται. Andromedam Soph. et Eurip. scripsere; sed Sophoclis drama est satyricum.

Antiopae fragmento, in qua fabula expressus fuerit Euripides, dictionem V. interpretatur oraculum Apollinis flexiloquum et obscurum, tentatque haec dictio ab deo datur, dict.

Digitized by Google

CENTAURI.

Ubi ego saepe petris . . . . . .

Fest. v. petrarum generibus, p. 342, 18, ed. Dacer. Sched. p. 88, 10.

EQUUS TROIANUS.

1.

Da mihi cret. t.

Hasce opes, quas peto, quas precor; porrige.
Opitula.

N. v. opitula, p. 475. (375. perperam habet index Mercer.)

haec abs te d., dict abs tete d. (quasi porrectum sit παραγωγον illud te in tete.) Sequ. versu malit Q. consecutura sap. aegre consulit, vel potius aegre contuit, hac sententia, dictionem eo esse flexiloquam, quod sapienti etiam difficile sit, futurum praevidere. Contuo pro Contuor dixisse Ennium Medea exule (4.). Contues autem eo loco scribit V., ubi vulgo legitur contueris, habetque verba Qui — contues pro uno versu, trochaïco illo quidem, ut conjicias, t. c. An scribendum est Quod consecuto sapiens aegre contulit, quae sapientia oraculorum aegre conferre sive utilis esse solet eam consecuto? Ceterum libri dictio; το d interposuimus metri causa. Cf. notatum ad Antiopae Pacuv. fr. 15.

Centaurorum fr. Scal. ad Fest.: U. echo.sep.ta p. W. Delr.: Centauros fabulam dedere Theodoridas et Pindarus ap. Athenaeum; Centaurum Chaeremon. illis Centaurorum infelix cum Hercule pugna (de vino apud Pholum Centaurum), hoc Chironis (Herculea sagitta forte vulnerati) infortunium continebatur. (Theodoridas Syracusius, poëta epigrammaticus, Meleagro memoratus in praefatione Anthologiae vs. 53. et Stephano Byzant. v. Καμιστος, cujus Epigrammata habes in Analectis Brunokii tom. 1. pagg. 41. seqq. Bis eum, carmine haud nominato, laudat Athenaeus, 6, 229, b. et 7, 302, c.; deinde ejus εἰς Ἔρωτα μέλος 11, 475, f. commemorat; tum Κενταύρους, διθύραμβον, 15, 699, f. Centaurorum unus versus profertur, isque corruptus, sed probabiliter restitutus a doctissimo Jo. Schweighaeusero. Non igitur haec fabula fuit, quod putabat Delrio; neque assentire possum Schweighaeusero, dithyrambum drama nonnunquam fuisse existimanti [Athen. Ind. Auct. v. Anaxandrides, Διθύραμβος], sed Amphidis poëmia sic inscriptum habeam pro dramate satyrico, quod a Dithyrambo seu Baccho appellatum fuerit. De Pindari Centauris ne γρῦ quidem Athenaeus. Chaeremonis autem, poëtae tragici, Aristophanis fere aequalis, Centaurorum 5 versus ponit 13, 608, e, et 15, 676, e.)

Equo Trojano videtur imitatus Phrygas Aeschyli, de quibus Stob. Vide Tryphiodorum et Smyrnaeum. Delr. Fragm. 1. ita disponit G. Hermann. Handb. der Metrik p. 83. W. —

Digitized by Google

2.

Sero sapiunt.

Cic. ad Divv. epp. 7, 16.

3.

Castalia per struices saxeas lapsu accidit.

Festus pag. 533, 2. v. struices. Fragm. p. 58, 7.

4.

Nunquam hodie etc. Vid. Naevii fabula cognominis.

HELENA.

Tu, qui permensus ponti maria alta velivola. galliamb.

Macrob. S. 6, 5.

HERMIONA.

Obsecro te, Anchiale, matrine quid tuae advorsus fuas. t. t. c. N. v. fuam.

2. Livio haec tribuunt Beroald. in Annott. et Erasm. proverbio Sero sapiunt Phryges. Possunt etiam esse Naevii, cujus vid. Equus Troj. Monuit V. Fest. v. Sero: Sero sapiunt Phryges proverbium est natum a Trojanis, qui decimo denique anno velle coeperant Helenam, quaeque cum ea erant rapta, reddere Achivis. — 3. Fest.: Livius: quo Castalia etc., h. e. Livius equo: Cast. etc., ut conjicit Merula ad Ennium. W. Idem placebat Vossio, cum in Festi cod. Farnesiano invenisset Livius quo Cast., et in edd. Mediol. et Ald. Livius quarto Cast., quod accipi posse intellexit pro eo quod est Liv. equo tro., h. e. equo trojano. „Nam hujusmodi," inquit, „compendio in fabularum nominibus uti solent. Et facile princeps litera exteri, duaeque proximae ab ultima trajici potuerunt." Ap. Scriverium haec inter Incerta Livii leguntur; Delrio non habet. De equo isto, quem Epeus fabricavit, legi potest etiam Hygin. fab. 108. Non inepte autem Frid. Osannus Analectorum crit. pag. 7. quaecunque ex Equo Trojano veteres laudant, ad unam Naevii fabulam referenda putat propterea quod de ista fabula, tanquam ab se spectata, Cic. loquitur Epist. ad Fam. 7, 1, 8, nec verisimile videtur, populo potuisse tum placere sermonem Livii obsoletum. Confundi in libris nomina Livii, Laevii, Naevii, Ennii, secundum alios recte monet vir doctus.

Helenam ex Euripide transtulit. Delr. Etiam Soph. tractavit hoc argumentum.

Hermionae fr. libri habent etiam Anciale, Anticile, ut Ald. Anchiale placuit Mercero. Sed potior est Vossii conjectura scribentis Amphiale, ut haec sint Andromachae verba ad filium ex Neoptolemo Amphialum (Hygin. fab. 123.), cum occultare eum vellet, ut tutus esset a Menelai et Hermionae insidiis, unde opera Pelei liberatus tandem fuit. Vid. Andromache Eurip.

Digitized by Google

INO.

1.

Seque in alta maria praecipem
Inops, aegra sanitatis, heroïs**
Prisc. 6, pag. 725.

2.

Sed jam purpureo suras includé cothurno hexam.
Baltheus et revocet volucres in pectora sinus, miur.
Pressaque jam gravidâ crepitent tibi terga pharetrâ.
Dirige odorisequos ad certa cubilia canes.
Terentian. Maurus s. 2425. et Mar. Victorin. lib. 1, s. 2512.

LAODAMIA.

1.

Aut alia nunc te quaepiam, Asiatico ornatu adfluens, i. tetr.
Aut Sardiano, aut Ludio, fulgens decóre et gloriâ,
Pellicuit.
Prisc. 10. p. 877.

2.

Inlicius.
Varro de L. L. lib. 5, p. 77. (63.)

Inó fr. 1. Scaliger Nott. in Ciris hoc tentat, mire Sapphonem intelligens:

Seseque in alta maria praecipem misit
Inops et aegra sanitatis herois,

usurpatis iambicis clodis. Quibus offensus in tragoedia V. malebat:

— — *Seque in alta maria praecipem*
Ino aegra sanitatis herois dedit.

Ino prius in mentem venerat Delrioni. Sed nomen rectius intelligas quam perscribas, neque suspicionem movet inops, movent verba aegra sanitatis, quo modo ταυτολογικῶ putidoque locutum scio neminem. Inops sanitatis recte dicitur, ut inops animi, mentis, rationis. Quare malim, eliminato glossemate:

Seque in alta maria praecipem inops heroïs sanitatis.., t. t. Excidit verbum finitum. — 2. Terent.: Et jam etc. Fidem horum versuum addubitat G Hermann., Handb. der Metrik p. 137, nec talis linguae et metrorum elegantia cadit in Livium Andronicum. W. Legitur autem vulgo pectore. Ceterum non sola ista suspecta sunt in his fragmentis: cf. Athamantis Ennianae fragm. A Laevio esse putat Yvo, seu Scal.; vide notata ad Livii Incertorum 5.

Laodamiae 1. legitur nunc alia, quo turbatur metrum MS. Vóss. (sicut Putsch.): A. n. q. a. te illo As., unde V.: te Ilio. Haec viro dixerit Laodamia, cum potestas ipsi facta esset colloquendi cum mortuo per tres horas. Vid. Hygin. fab. 103. sequ. — 2. Ex choro Proserpinae laudat Varro Inlicius, quod ad Laodomiam, Livii tragoediam, referendum esse vidit Scalig.; sed in eo errat, quo Varronem putat ad fragmentum, quod an-

Digitized by Google

PROTESILAUS.

1.

Cupidius miserulo obito.

Prisc. 9, p. 869.

2.

Claustritumum.

Gell. 12, 10.

TEREUS.

1.

Rarenter venio.

N. v. rarenter.

2.

Nimis pol imprudenter servis praestolaras.

N. v. praestolat.

3.

Ego puerum interea ancillae subdam lactantem meae,
Ne fame perbitat.

N. v. perbitere.

tecedit, respexisse. W. Inficetae sunt et sensu cassae, quas et hic et alibi obtrudunt, inscriptiones fabularum hae Protesilaodamia, Andromache-Molotto. Dicendum Protesilao seu Laodamia, Andromache seu Molotto. Multae fabulae veterum bifariam inscriptae sunt, velut Euripidis Hippolytus, Plauti Bacchides, aliae. Cf. Scal. ad fragmm. Astrabae, Plaut. et notata nobis ad Naevii Protesilaum.

Protesilai 1. Citat Priscian., ut ostendat, obitus interdum valere τεθνεώς. Sed in MS. nostro Laevio, non Livio, tribuitur. Apud Junianum Majum quoque, qui ante hos annos CXXX. (1490.) de priscorum proprietate verborum volumen ex vett. maxime grammaticis contexuit, pro Cupidius est Cupidinis. V. — 2. Gellius: Laevius (ita 2 Lugd. et Petav. MSS. ap. Gronov., sed M. Reg. Livius) quoque, ut opinor, in Protesilaodamia (Protesilao seu Laodamia) claustritumum dixit, qui claustris januae praeesset; eadem scilicet figura, qua aeditumum dici videbat, qui aedibus praeest.

Tereum scripsere Graeci Soph., Eurip., Anaxandrides et Philetaerus; Latini noster, Attius et alii. Delr. (Euripidis Tereum quis veterum laudet, nescio, neque dubito quin hallucinatus fuerit bonus vir Delrio. Anaxandridae, Rhodii, qui una cum Eubulo et Philetaero, ejusdem descriptionis poëtis, floruit Athenis olymp. 101, sive ante Christ. nat. 375, ter laudatur ab Athenaeo Tereus, comoedia; neque aliud ille genus videtur coluisse; a quo quidem non abhorrent Livianae fabulae fragmenta. Bis etiam ejus nominis, a Philetaero scriptae, comoediae meminit Athenaeus.)

Terei fragmento 2. libri habent servus; sed Scriv. recte, ut nos. — 3. Scribendum ex Vossii sententia lactanti, vel lactentem. Lactentem voluit etiam Delrio. Versum troch. restitueris, si ponas Ergo pro Ego, quae vocabula saepius miscentur. —

Digitized by Google

4.

Credito cum illos soli mea voluntate nunquam limavit caput.
N. v. limare.

TEUCER. *)

EX LIVII ANDRONICI INCERTIS TRAGOEDIIS.

1.

Florem antlabant Liberi ex carchesiis.
Fest. v. anclare, p. 28, 13.

2.

Haud ut quem Chiro in Pelio docuit ocri. i. s.
Id. v. ocrem, p. 301, 21. Fragm. p. 15, 12.

3.

Celsos ocris arvaque petraea et mare magnum.
Ibid.

4. Naevio tribuunt edd. Mediol. et Pincii Veneta, item Junian. Majus, ut monet V., qui recte suadet limavi: nam Philomelae procul dubio haec verba sunt, stuprum, quod passa erat, excusantis apud Sororem. Rectum etiam ejusdem illo pro illoas, ceterum praeter necessitatem soli mutatum it in soror. Cf., si tanti est, Terent. Heaut. 5, 1, 29. seqq. Sio scribamus:

— — — — — — *Credito,* t. t. c.
Cum illo sola mea voluntate nunquam limavi caput.

Voluntate τρισυλλάβως pronuntiandum est o littera extrita. Primae et tertiae personae singularis perfectorum subinde commutatae inter se deprehenduntur in codicibus.

*) Livium Andronicum tragoediam, eo nomine inscriptam, composuisse, testis est Varro de L. L. 6, 80: Teucer Livii post annos XII. a suis, qui sit, ignoratur.

Incertorum 1. Anclabant legitur in Festi libris MSS. Scal., metro succurrens, malebat anculabant. Voss. in Etymologico legendum censet Floremque antlabant; bene quidem de reposito verbo antlabant, quando a graeco ἀντλεῖν derivandum videtur antlare; ceterum copula non est opus. Sequitur Vossium Dacer. ad Fest. — 2. Chiro, Χείρων. Vid. de hac forma Gron. ad Senecae illa Agam. 512. Agamemno Priamo. W., Ὀκρὶς, inquit, secundum Hesychium est ὁ τραχὺς λίθος, deinde quidquid eminet, sive asperam habet superficiem. (Cf. Schneideri lexic. graec. h. v.) — 3. Scal. in Conjectaneis ad Varr. malebat scribi Celsosque et petrita. Certum est, non posse ferri vulgatum patria; sed verius petraea: nam petrita quid sibi velit nescio. Ceterum vir magnus confert Odyss. 5, 411. sequ. (Ἐκτοσθεν μὲν γὰρ πάγοι ἐχέες, ἀμφὶ δὲ κῦμα Βέβρυχεν λοξὸν, λισσὴ

Digitized by Google

4.

Namque Taenari celsos ocris.

Ibid.

5.

Sed qui sunt hi, qui ascendunt altum ocrim?

Ibid.

6.

Dusmoso in loco.

Fest. v. dusmosus, p. 125, 11.

7.

Quinquertiones praeco in medium vocat. i. e.

Fest. v. quinquertium, p. 413, 7. Fragm. p. 33, 23.

δ' ἀναδέρομε πέτρη.), quorum locorum exigua est inter se similitudo, ut mirer G. Hermannum pro certo affirmantem, haec petita esse ex Odyssea Livii latina. Quae cum Saturniis versibus conscripta dicatur, Herm. in id metri genus locum redigere sibi visus est hoc modo:

— — *celsosque ocres*
Arvâque petrita et mâre magnûm. —

Verum in hisce verbis Saturnios agnoscere numeros mihi certe non contigit, nec dubito, quin hic sit hexameter heroïcus, quales versus nullos fecisse Livium, poëtam graecum et Homeri studiosissimum, imprudenter contendit Scal. personatus in Yvonis Villiomari Aremorici in locos controversos Roberti Titii animadversis, lib. 6, 21. p. 125. ed. Paris. a. 1586, adstipulante quidem Osanno Analect. crit. p. 36, sed recte refragante Casp. Sagittario Commentationis de Livio etc. p. 6. Nam quod Isidori auctoritatem obtendit Osannus, hexametros Latinos primum fecisse Ennium testantis Orig. 1, 37. p. 852: longe circumspectius veriusque Diomedes lib. 3. p. 40: „Epos latinum primus digne scripsit is, qui res Romanorum XVIII. complexus est libris, qui et Annales inscribuntur“ etc. Fecit sane Livius quoque hexametros heroos, nec malos illos semper, si ejus sunt, quos sub Livii nomine profert Priscian. pagg. 606, 760, 817. Sunt autem hujuscemodi:

Inferus an superus tibi fert deu' funera, Ulixes?
At celer hasta volans perrumpit pectora ferro.
Quom socios nostros mandisset impiu' Cyclops. (Odyss. 20, 19.)

Quos versus itidem in nescio quos Saturnios divellit Herm. libri de metris Graec. et Rom. pagg. 408. seqq., cum non possint non haberi pro hexametris heroïcis, modo ne quid huc praejudicati afferatur. Nisi quem forte offendit ectasis usurpata in postrema syllaba verbi mandisset, de qua figura vide Vossium in notatis ad Ennii fragm. incert. 22, Wasium Senar. c. 5, alios. Equidem Livium Andronicum initio versum Homericum usurpasse in vertenda Odyssea suspicor; mox autem, sive operis difficultate deterritum, sive plebis Romanorum alliciendae gratia, quae plebs rudior, ut ea aetate, non capiebat perfectissimos numeros, consilio mutato in populari tum genere Saturniorum versuum substitisse. — 6. Dusmoso. Pro dumoso. Scriv. — 7. Quinquertiones. Athletas. Idem. Vide Voss. Etymol. L. L. h. v.,

Digitized by Google

8.

Tu cornifrontes pascere armentas soles. i. s.
Non. v. armenta.

9.

Partim errant, nequinunt Graeciam redire.
Fest. v. nequinont, p. 276. Fr. p. 7.

10.

Mulier, quisquis es, te volumus.
Non. v. quisquis.

11.

Tuque mihi narrato omnia disertim.
Id. v. disertim.

12.

Matrem procitum plurimi venerunt.
Fest. v. procitum, p. 377.

13.

Tumque remos jussit religare struppis.
Isidor. Orig. lib. 19. c. 4.

14.

Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem. i. s.
Fest. v. nefrendes, p. 273.

15.

Vecorde et maleficio vacerra.
Fest. v. vacerram, p. 583.

et, quem laudat, Festum v. Quinquertium (πένταθλον). Metri gratia scribendum praecod. — 8. Vulgo: curvifrontes; sed curvifrons inficeta vox est, siquidem frontes curvae omnes nec curviores sunt boum quam aliorum animalium. Praeterea libri cornifrontes, teste Mercero. — 9. Si posueris rebitere pro redire, quod glossam sapit, habebis iamb. senarium. Quem versum pro Saturnio ἀκεφάλῳ habet G. Herm. l. l., refertque ad Odysseam Livianam (sicut etiam 11, 12, 13, 15, 16, 18, 19, 21, et seqq. usque ad 48.), collato Homero Odyss. 4, 495. — Quae jam leguntur apud Scriverium, petita ex Nonio v. consortio, haec

Quaenam ista suavitas, quaenam consortio est?

ea nihil aliud esse quam Titi Livii verba illa in oratione Appii libro 6. extr., Quaenam ista societas, quaenam consortio est, emendandosque esse Nonii codd., monet V. — 11. Confert Herm. Odyss. 1, 169. — 12. Odyss. 1, 248. Τόσσοι μητέρ' ἐμὴν μνώωνται. Vide Scal. V. Procitum, inquit V., dixit pro procitum, ut artitus pro artatus, impetritus pro impetratus. — 13. Confert Herm. Odyss. 2, 422; 15, 287. — 15. Insulsa libri V. et malefica vecordia. Emendavit Scal. Profert autem haec Fest., ut ostendat, quid sit vacerra. Comparant Odyss. 2, 243. —

Digitized by Google

16.

Adfatim edi, bibi, lusi.

Fest. v. affatim, p. 6.

17.

Scabra in legendo rediviosave offendens.

Fest. v. rediviam, p. 429.

18.

Puerarum manibus confectum pulcherrume. i. s.

Prisc. l. 6. v. puerarum, p. 697.

19.

Apud nympham, Atlantis filiam Calypsonem. i. s.

Idem ibid.

20.

Impubes libripens esse non potest neque attestari.

Idem v. attestari.

21.

Virum mihi, Camoena, insece versutum. Saturn.

Gell. 18, 9.

22.

Pater noster, Saturni filie.

Prisc. p. 741.

23.

Mea puer, mea puer, quid verbi ex tuo ore profugit? Saturn.

Charis. p. 721. Prisc. p. 697.

16. Confertur Odyss. 15, 372. — 17. Laevio tribuebat Scal. propterea quod haec haberet pro iambico σκάζοντι. Vid. not. ad illa ex Inone Seque in alta etc., quae ad Laevium referunt chirographi. V. neque ab Livio abjudicat, neque tamen vel ex aliqua ejus fabula vel ex Odyssea depromta putat, sed ex praefatione operi praemissa, sive illa vincta sive soluta oratione scripta fuerit. Id enim, inquit, verba ipsa suadent, quae conveniunt scriptori aut interpreti, a dictionis impolitie se purganti. Commemoratque Pomponii et Senecae praefationes fabularum, de quibus Quinctil. 8, 5. — 18. Refert Herm. ad Odyss. 254. sequ. — 19. Herm. comparat Odyss. 4, 557; 5, 14; 17, 143; putansque hunc Saturnium versum ἀκέφαλον corripit secundam in Calypsonem. Sed satius est eum habere pro iambico senario, breviata penultima ejus nominis, quemadmodum dicitur Gorgonis eadem brevi. Serior est mos, de quo Fab. 1, 5, nec placent tot versus ἀκέφαλοι. — 21. Miurus versus, si quid credimus Hermanno, insece ad tertiam conjugationem referenti. Sed hanc et secundam conjugationem eandem fuisse apud veteres, haud inepte contendit Scal. ad Festi v. Cavillum. Quo posito integrum habebimus versum Saturnium, si ita scribatur:

Virum mihi, Camoenad, insecē versutum.

Ceterum hoc ipsum principium est Odysseae Livianae. — 22. Odyss. 1, 45, 81. Herm. — 23. Od. 1, 64. Id. Prisc.: Mea puera, mea puera, etc. Puer (por) pro monosyllabo est, ut

Digitized by Google

24.

Neque enim te oblitus sum, Laertie noster.

Prisc. p. 739.

25.

Argenteo pollubro et aureo gutto.

Non. v. polubrum, p. 544.

26.

Quae haec daps est? quis festus dies?

Prisc. p. 752.

27.

Quando dies adveniet, quem profata Morta est. Saturn.

Gell. 3, 16.

28.

In Pylum advenies, aut ibi obmentans . . . .

Fest. v. ommentans, p. 305.

29.

Denique manibus dextrabus.

Non. p. 493.

30.

Ibi denique vir summus adprimus Patroclus. Saturn.

Gell. 7, 7.

31.

Simul ac lacrumas de ore noegeo detersit.

Fest. v. noegeum, p. 280.

32.

Atque escas habemus mentionem.

Prisc. p. 679.

33.

Sancta puer, Saturni filia, regina.

Id. p. 697.

34.

Nexabant multa inter se flexu nodorum dubio.

Id. pp. 861 et 904. Diomed. p. 366.

monet Osann. Analect. crit. p. 35. — 24. Odyss. 1, 65. Id. — 25. Od. 1, 136. Id. — 26. Od. 1, 225. Id. — 27. Od. 2, 100; 3, 238; 19, 145; 24, 154. Id. — 28. Od. 2, 317. Id. Deest Livii nomen ap. Festum, quod supplevit Scal., posuitque advenies. Ommentans, obmantans, a Manto frequentativo. Vid. Fest. Scal. — 29. Od. 3, 35. Id. — 30. Od. 3, 110. — 31. Od. 4, 114. Id. Cf. fragm. inc. 50. — 32. escas, escae. Herm. malit habeamus, ut haec respondeant Odyss. 4, 213. — 33. Od. 4, 513. Herm. — 34. Mire idem contendit Od. 4, 678. (οἱ δ' ἔνδοθι μίτην ὕφαινον.)

Digitized by Google

35.

— — — — — Igitur demus Ulixi Saturn.
Cor frixit prae pavore. —

Serv. ad Aen. 1, 96.

36.

Utrum genua amplectens oraret virginem.

Prisc. p. 379.

37.

Namque nullum pejus macerat humanum quamde mare saevum. t. t.
Vires quoi sunt magnae; topper confringent importunae undae.

Fest. v. topper, p. 573. Fragm. p. 76.

38.

Mercurius, cumque eo filius Latonas.

Prisc. p. 679.

39.

Nam diva Monetas filia docuit.

Id. ibid.

40.

Inferus an superus tibi fert deus funera, Ulixes? hexam. her.

Id. p. 606.

41.

Topper facit homines *verres sueres*. (utrius fuerint.)

Fest. v. topper, ex emend. Scaligeri.

42.

Topper citi ad aedis venimus Circae, simul duona eorum portant ad navis millia. Alia in iisdem inveniuntur. (Fr.: inserinuntur.)

Fest. ibid. et Fragm. p. 76.

35. Od. 5, 406. Idem, qui unum ex hisce versum Saturnium conflavit, sed pessimum. — 36. Od. 6, 142. Id. — 37. Male haec in versus Saturn. redigere conatur idem l. l., dubitoque an scribendum sit ap. Festum, ut ipsi placet, in Odyssia pro in eodem, sicut paulo post grammaticus dicit in Odyssia vetere. Ceterum recte comparat Odyss. 138. sequ. — 38. Od. 8, 322. Herm. — 39. Od. 8, 480. Id. — 40. Od. 10, 64. Id. — 41. Od. 10, 432. Id. — 42. Od. 12, 16. Id. Alia aliter haec versant finguntque. Nobis quidem citi videtur delendum, tanquam explicatio verbi Topper; deindeseribam duonorum cum Scaligero; tum simitu pro simul, et portavit (Circe, h. e. portari jussit. Homer.: ἅμα δ' ἀμφίπολοι φέρον αυτῇ Σῖτον etc.) Quibus factis haec ita digeri possunt, usurpatis versibus Saturniis:

— — — — Topper ad aedis
Venimus Circae. Simitu duonorum portavit
Ad navis millia; alia in isdem inveniuntur.

Possis etiam, melius hisce junctis: — Circae. Sed mulier

Digitized by Google

43.

Parcentes praemodum.

Gell. 7, 7.

44.

Quoniam audivi paucis, gavisi . . . .

Prisc. p. 868.

45.

Fit quoque, fitum est.

Non. p. 475.

46.

Quom socios nostros mandisset impius Cyclops,

Prisc. p. 817.

47.

— — — — Carnis; Saturn.
Vinum quoque, quod libabant, antlabatur.

Id. p. 684.

48.

At celer hasta volans perrumpit pectora ferro. hexam. her.

Id. p. 760.

49.

Surregit et *sorctus* pro *surrexit* et, quasi possit fieri, *surrectus* frequenter posuit L. Livillus. Fest. p. 551, 7. Fragm. p. 52, 24. Clare Livio tribuit Diaconus, neque dubitandum erat, ut monet V., Scaligero, utrum haec pertinerent ad Andronicum, cum Livilli meminerit praeterea nemo. Veritati autem est consentaneum, forte exaratum fuisse id nominis, cum librarius, u litteram habens pro similibus 11, his perscriptis errorem agnosceret, nec delere audens falsa, satis haberet addere rectam litteram, pro more istius nationis. Vide notata ad Plaut. vol. prior. p. 47. v. 15. et cf. indicem Plaut. v. librarii etc.

50.

Dacrumas pro *lacrumas* Livius saepe posuit; nimirum quod Graeci appellant δάκρυα. Item *dautia*, quae *lautia* dicimus, et dantur legatis hospitii gratia. Fest.

duom. portat etc. siquidem si et sed commutari solent in codd., fierique potuit ut forte scriptum per errorem simulier mutaretur de industria in simul. Non liquescit Isdem. Inveniuntur rectum: alia nunc mittit dona Circe, alia prius miserat. — 43. Od. 14, 92; 16, 315. Id. (οὐδ' ἔτι φείδευ!!) — 44. Idem, referens haec ad Od. 16, 92, haud posuit pro paucis. — 45. Idem simili de causa scripsit Fit, quod nec fitum est, referens haec verba ad Odyss. 18, 36. Sed satius est abstinere talibus mutationibus veterum scriptorum. — 46. Od. 20, 19. Id. Vide notata ad 3. — 47. Od. 20, 252. Id. — 48. Od. 22, 16. Id.

Digitized by Google

p. 112, 4. Saepe d pro l usurpaverunt, *reduvia* pro *reluvia* et ejusmodi alia dicentes. Vid. Dacer. ad Festi l. l. W. Cf. sequentia.

51.

Attius vero cum scriberet *anguis*, *angueis* imponebat (?). Item nec z litteram nec y in libro suo retulit, quia, quae (quod) ante fecerant Naevius et Livius, cum longa syllaba scribenda esset, duas vocales ponebant (ponebat); praeterquam qui (quum) in I litteram incidebant (incidebat): hanc enim per e et i scribebant (scribebat). Gnejus Pompejus Magnus et scribebat et dicebat *kadamitatem* pro *kalamitatem*. Mar. Victorin. de orthogr. p. 2456. Idem p. 2470. *Novensiles*, inquit, sive per l sive per d scribendum. Communionem habuerunt hae litterae apud antiquos, ut *dinguam* et *linguam* (sicut nunc dicimus tung, Zunge, tongue, B.), et *dacrimis* et *lacrimis*, et *Capitodium* et *Capitolium*, et *sella* a *sede*, et *olere* ab *odore*. Est et communio cum Graecis: nos *lacrimae*, illi δάκρυα· *olere*, ὀδωδέναι· *meditari*, μελετᾶν. (Notavit W.)

52.

Gnorigavit significat apud Livium *narravit*. Fest. p. 163, 13.

53.

Demum, quod significat *post*, apud Livium *demus* legitur. Alii *demum* pro *duntaxat* posuerunt. Idem p. 117, 2.

54.

Numen dicunt esse imperium, dictum ab nutu. Omnia sunt ejus, cujus imperium maximum esse videatur. Itaque in Jove hoc et Homerus et aliquotiens Livius. Varro de Lingua lat. 6, p. 97.

55.

Sollicuria. Fest. pagg. 516, 6. Fragm. p. 53, 17. Significat haec vox *in omni re curiosam*, legendumque est *curiosa* pro mendoso *curiora* apud Festum. *Sollus*, vocabulum Oscum, est Graecorum ὅλος, sicut graeca ἕξ, ἕξις (vid. Fest. pag. 505, 11.), ὄβριος, ὕδωρ, ὑπὲρ, ὑπὸ, ὕπτιος (Fest. v. Suppum p. 551, 1.), ὕς, spiritu aspero in s mutato, fiunt latina sex, sexus, superbia, sudor, super, sub, supinus, sus. Cum Oscorum isto verbo Latinorum plura sunt composita, quae profert Festus, in his *sollers* et *sollemnis*. W. Item *solliferreum* Liv. 34, 14.

56.

Alumento pro *Laumedonte* a veteribus, necdum adsuetis graecae linguae, dictum est. Sic *Melo* pro *Nilo*,

Digitized by Google

Catamitus pro *Ganymede* etc. Fest. lib. 1. v. Alumento. Ad haec Scal. in Castigationibus: Ajo Festum in depravatos codd. vetustissimi poëtae Livii Andronici incidisse. Nam *Laumento* dixit (?) Livius. Ita fere semper vett. Latini, etiam posteriores: ut Petron. *Lauconte: — gemina nati pignora Lauconte —*; et *lautumiae* pro *laotomiae (latomiae.* B.); quod cognoscimus ex Seneca. Sic *Laudicea* pro *Laodicea* Plin. lib. 2. Epistol. (14.) Nam ibi *Laudiceni* dicebantur per jocum, non cives Laodiceae, sed qui laudes suas cani libenter audiebant, ut et illidem non inurbane vocabantur *σοφοκλεῖς*, non ut proprio nomine Tragici poëtae, sed quia grande *sophos* illis dicebatur, conductis et redemptis auditoribus. Ergo eodem modo *Laumento* pro *Laomedonte.*

57.

Haec *nubes:* nam *nubs* non dicimus, quod ait Liv. Andron., qui primus edidit fabulam apud nos.

Serv. ad Virg. Aen. 10.

58.

Ipsi denique Comici plerumque sic milites inducunt, ut eos faciant vetera dicta usurpantes. Nato et *leno tute es et pulpamentum quaeris* Livii Andronici est, multaque alia, quae Plautus Caeciliusque posuerunt. Flavii Vopisci Numerian. 13. Cf. Terent. Eun. 3, 1, 36.

59.

Comoediam et tragoediam togatam primo Livius Andron. reperit, aitque *comoediam esse quotidianae vitae speculum.*

Scriptor Dissertationis de Tragoedia et comoedia, qui floruit aevo Donati, circa annum a Chr. nato 350, Terentii ed. Lips. anno 1774 excusae vol. 1. p. XXX.

Digitized by Google

II. DE Q. ENNIO

TESTIMONIA VETERUM SCRIPTORUM.

A. Gellius 17, 21, (chronologico.)

Claudium et Tuditanum Coss. sequuntur Q. Valerius *(Falto)* et C. Mamilius (*Turrinus*, *a. U. C. 513. vel 514, ante Christ. nat. 240.*), quibus natum esse Q. *Ennium* poëtam, M. Varro in primo de Poëtis libro scripsit; — idque ipsum Ennium in eodem libro (12. Ann.) dicere.

Corn. Nepos Vit. M. Porcii Catonis c. 1.

Praetor provinciam obtinuit Sardiniam, ex qua, quaestor superiore tempore ex Africa decedens, Q. *Ennium* poëtam deduxerat; quod non minoris aestimamus, quam quemlibet amplissimum Sardiniensem triumphum.

Hieronymus in Chronico *Eusebiano*, *olymp. 135.* (cujus olymp. annus primus respondet anno a. U. C. 513 vel 514.), *ex Suetonio de claris Poëtis.*

Q. *Ennius* poëta Tarenti *(imo Rudiis in Calabria)* nascitur; qui a Catone quaestore Romam translatus habitavit in monte Aventino, parco admodum sumtu contentus et uniius ancillae ministerio.

Mela lib. 2, 4, §. 61.

Ennio cive nobiles Rudiae. (*Rudiam vocant Ptolemaeus aliique*, improbante cum aliis Osanno Analect. crit. p. 11. not. 4. Stephan. Byz.: ΡΟΔΑΙ (ΡΟΔΙΑΙ) πόλις Ἰταλίας. Τὸ δὲ ἐθνικὸν Ῥοδιάτης.)

Scriptor libri de Viris illustr. cap. 47.

M. Porcius Cato in praetura Sardiniam subegit, ubi ab *Ennio* graecis litteris institutus.

Digitized by Google

A. Gellius 17, 17.

Ennius tria corda se habere dicebat, quod loqui Graece et Osce et Latine sciret.

Lucret. lib. 1, 118.

Ennius ut noster cecinit, qui primus amoeno
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam,
Per gentis Italas hominum quae clara clueret.

Terentius Andr. prol. v. 18.

Qui cum hunc accusant, Naevium, Plautum, *Ennium*,
Accusant, quos hic noster auctores habet.

Cic. orat. pro L. Murena c. 14.

Omnia ista nobis studia (*juris*) de manibus excutiantur, simulatque aliquis motus novus bellicum canere coepit. Etenim, ut ait ingeniosus poëta et auctor valde bonus (*Ennius*), proeliis promulgatis *pellitur e medio* non solum ista vestra, verbosa simulatio prudentiae, sed etiam ipsa illa domina rerum *sapientia; vi geritur res* etc.

Idem orat. pro Archia poëta c. 8.

Quare suo jure noster ille *Ennius* sanctos appellat poëtas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati (*malim* commodata) nobis esse videantur.

Ibid. c. 9.

Carus fuit Africano superiori noster *Ennius;* itaque etiam in sepulcro Scipionum putatur is esse constitutus e marmore.

Idem orat. pro L. Corn. Balbo c. 22.

Neque enim ille summus poëta noster (*Ennius*) Hannibalis illam magis cohortationem quam communem imperatorum voluit esse *Hostem qui feriet, mihi*, inquit, *erit Carthaginiensis, Quisquis erit, cujati sit.* (*Cf. de Orat. 1, 45, §. 198.*)

Idem de Orat. 3, 7.

Atque id (*laus eadem in dispari genere*) primum in poëtis cerni licet, quibus est proxima cognatio cum

Digitized by Google

oratoribus. Quam sunt *) inter sese *Ennius*, Pacuvius, Attiusque dissimiles; quam apud Graecos Aeschylus, Sophocles, Euripides! quamquam omnibus par paene laus in dissimili scribendi genere tribuitur.

Idem Orat. c. 11.

Ennio delector, ait quispiam, quod non discedit a communi more verborum; Pacuvio, inquit alius, omnes apud hunc ornati elaboratique sunt versus; multa apud alterum negligentius.

Idem orat. pro Archia c. 9.

At iis laudibus certe non solum ipsi, qui laudantur, sed etiam populi Rom. nomen ornatur. In coelum hujus proavus Cato tollitur? magnus honos populi Rom. rebus adjungitur. Omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii, non sine communi omnium nostrum laude decorantur. Ergo illum, qui haec fecerat, *Rudium hominem*, majores nostri in civitatem receperunt etc.

Idem de Fin. b. et m. 1, c. 2.

Quis enim tam inimicus paene nomini Rom. est, qui *Ennii* Medeam aut Antiopam Pacuvii spernat aut rejiciat?

Ibidem c. 3.

Locos quidem quosdam, si videbitur, transferam, et maxime ab iis, quos modo nominavi (*Platone et Aristotele*), cum inciderit, ut id apte fieri possit; ut ab Homero *Ennius*, Afranius a Menandro solet.

Cic. Acad. Qu. 1, 3.

Quid enim causae est, cur poëtas latinos graecis litteris eruditi legant, philosophos non legant? an, quia delectat *Ennius*, Pacuvius, Attius, multi alii, qui non verba, sed vim Graecorum expresserunt poëtarum?

Idem de optimo genere oratorum c. 1.

Itaque licet dicere et *Ennium* summum epicum poëtam, si cui ita videtur, et Pacuvium tragicum, et Caecilium fortasse comicum.

---

*) Vulgati libri: — cum oratoribus, quam sint inter sese etc.

Digitized by Google

Idem de Orat. 1, 34.

In quotidianis autem cogitationibus equidem mihi adolescentulus proponere solebam illam exercitationem maxime, qua C. Carbonem, nostrum illum inimicum, solitum esse uti sciebam, ut aut verbibus propositis quam maxime gravibus, aut oratione aliqua lecta ad eum finem, quem memoria possem comprehendere, eam rem ipsam, quam legissem, verbis aliis quam maxime possem lectis, pronuntiarem. Sed post animadverti, hoc esse in hoc vitii, quod ea verba, quae maxime cujusque rei propria, quaeque essent ornatissima atque optima, occupasset aut *Ennius*, si ad ejus versus me exercerem, aut Gracchus, si ejus orationem mihi forte proposuissem: ita, si iisdem verbis uterer, nihil prodesse; si aliis, etiam obesse, cum minus idoneis uti consuescerem.

Rhetoric. ad Herenn. 4, 2.

Etenim cum possimus ab *Ennio* sumtum aut a Graccho ponere exemplum, videtur esse arrogantia illa relinquere et ad sua devenire.

M. Vitruv. de Architect. 9, 8.

Itaque qui litterarum jucunditatibus instructas habent mentes, non possunt non in suis pectoribus dedicatum habere, sicuti deorum, sic et *Ennii* poëtae simulacrum.

Livius Hist. 38, 56.

Romae extra portam Capenam in Scipionum monumento tres statuae sunt, quarum duae P. et L. Scipionum dicuntur esse, tertia poëtae Q. *Ennii*.

Valer. Maximus 8, 14.

Superior Africanus *Ennii* poëtae effigiem in monumentis Corneliae gentis collocari voluit, quod ingenio ejus operam suam illustrata judicaret.

Horat. Od. 4, 8, 15.

Non sceleres fugae
Rejectaeque retrorsum Hannibalis minae,
Non incendia Carthaginis impiae,
Ejus, qui domitâ nomen ab Africâ
Lucratus rediit, clarius indicant
Laudes, quam *Calabrae Pierides*.

Digitized by Google

Idem Epist. 1, 19, 6.

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus;
Ennius ipse pater nunquam, nisi potus, ad arma
Prosiluit dicenda.

Ibidem 2, 1, 50.

Ennius, et sapiens, et fortis, et alter Homerus,
Ut critici dicunt, etc.

Horat. Sat. 1, 10, 61.

Age, quaeso,
Tu nihil in magno doctus reprehendis Homero?
Nil comis tragici mutat Lucilius Actii?
Non videt versus *Enni* gravitate minores?

Idem de Arte poet. 55.

Ego cur, acquirere pauca
Si possum, invideor, cum lingua Catonis et *Enni*
Sermonem patrium ditaverit, et nova rerum
Nomina protulerit?

Ovid. Trist. lib. 2, 424.

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Idem de Arte am. lib. 3.

Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni, Scipio magne, tibi.

Idem Amorum 1, 15.

Ennius arte carens, animosique Attius oris,
Casurum nullo tempore nomen habent.

L. Ann. Seneca Epist. 58.

Non id ago nunc hac diligentia, ut ostendam, quantum tempus apud grammaticum perdiderim, sed ut ex hoc intelligas, quantum apud Ennium et Attium verborum situs occupaverit, etc.

Plinius Hist. nat. 7, 30, *collato Solini cap.* 6.

Prior Africanus Q. *Ennii* statuam sepulcro suo imponi jussit etc.

Digitized by Google

Quinctil. Instit. orat. 10, 1.

Ennium sicut sacros vetustate lucos adoremus, in quibus grandia et antiqua robora jam non tantam habent speciem, quantam religionem.

Martialis Epig. 11, 91.

Carmina nulla probas, molli quae limite currunt,
Sed quae per salebras altaque saxa cadunt,
Et tibi Maeonio res carmine major habetur
Lucili columella heic situ Metrophanes;
Attonitusque legis *terrai frugiferai* *),
Attius et quidquid Pacuviusque vomunt.

A. Gellius 12, 4.

Versus Euripidis Q. Ennius, cum ejus tragoedias verteret, non sane incommode aemulatus est.

Q. Serenus Sammonicus cap. de podagra.

Ennius ipse pater dum pocula siccat iniqua,
Hoc vitio tales fertur meruisse dolores.

Macrobius Saturn. 6, 3. extremo.

Nemo ex hoc viles putet veteres poëtas, quod versus eorum scabri nobis videntur: ille enim stilus Enniani seculi auribus solus placebat, et diu laboravit aetas secuta, ut magis huic molliori filo acquiesceretur.

Cic. Brut. c. 20. Cat. maj. 5.

Q. Marcio (Philippo iterum) et Cn. Servilio (Caepione) Coss. mortem obiit *Ennius.* (*olymp.* 152, 2. *vel* 3, *a. U. C.* 583, *vel* 584.)

Hieronymus in Chronico Euseb.

ad annum 4. *vel* 1. (Osann. Analect. crit. p. 49.) olymp. 153. (qui anni respondent U. C. 590. et 587, sive ante Christum nat. 164. et 167.), *ex Suetonio de claris poëtis.*

Ennius poëta septuagenario major articulari morbo periit, sepultusque est in Scipionis monumento, via Appia, intra primum ab Urbe milliarium. Quidam ossa

*) Ennium notat, cujus illud est ex Annalibus, teste Charisio lib. 1. pag. 7. Putsch.

Digitized by Google

ejus Rudiam ex Janiculo translata affirmant. (*Secundum alios diem obiisse Ennius creditur ante 4. vel 7. annis, h. e. a. U. C. 583, olymp. 152, 1, ante Christ. nat. 171, ut* minor *pro* major *scribendum videatur ap. Hieronymum.)*

Ennius de se ipso apud Prisc. 8. p. 829.

Nunquam poëtor nisi podager.

Idem apud Cic. Tusc. Qu. 1, 15. Cf. Cat. major. c. 20.

Adspicite, o cives, senis Enni imagini formam:
Hic vostrum panxit maxuma facta patrum.
Nemo me lacrumis decoret, neque funera fletu
Faxit. Cur? Volito vivu' per ora virûm.

(Q. Ennius reliquit tenuium suarum facultatum heredem Pacuvium poëtam tragicum, ex sorore nepotem, ut ait Plinius, vel ex filiâ, ut B. Hieronymus scribit. *Columna in vita Ennii.*

Dedit tragoedias quam plurimas sublimi ac grandi orationis genere; quas partim vertit e Graecis, partim proprio ingenio scripsit. Nec ab eo altera scena destituta fuit: nam comoedias etiam edidit; quas utrum converterit, an novas fecerit, mihi nondum compertum est. Sed in utroque fabularum genere versus numerorum licentiâ claudicarunt. Quo vitio non modo Ennius, sed, ut notat Flaccus, ceteri ejusdem aetatis Romani poëtae laborarunt. *Idem ibidem.)*

Q. ENNII

ACHILLES.

1.

Serva cives, defende hostes, cum potes defendere. t. t. c. N. v. defendere.

Achill. 1. defende, arce, repelle, prohibe, ut exponit Columna. V. Heins. ad Ovid. Heroid. 5, 16. W. V.: Perperam, inquit, Non: defendere (h. l.) exponit tueri: nam eadem notione capiendum ac in Maronis illo Solstitium pecori defendito; ubi Servium vide. (Rectius absit defendere, quod glossam sapit, ut in potes et servare et defendere intelligatur.) —

Digitized by Google

Quo nunc incerta re atque inorata gradum
Regredere conare?

N. v. regredere.

3.

Nam consiliis obvarant omnia, quis tamen concedit hic i. t. Ordo.

N. v. obvarare.

4.

Per ego deûm sublimas subices humidas, i. s.
Unde oritur imber, sonitu saevo et spiritu.

F. p. 536, 2. Fragm. p. 55, 25. N. v. subicis. Gell. 4, 17.

5.

Quis ibi non est vulneratus ferro Brugio?

Cic. or. pro Rosc. Amer. 32, ibique Graevii Schol. anonymus.

ACHILLES ARISTARCHI.

1.

Prolato aere adstitit.

F. v. prolato pirop. Fragm. p. 26, 89.

2.

Ita mortales inter sese pugnant, proeliant.

N. v. proeliant.

2. inorata, non orata. Cic. pro Roscio Amer. de legatis ad Syllam missis: Ameriam re inorata reverterunt, h. e. nondum exposita Syllae. V. — 3. Omnia legitur apud Perottum in Obseqq., ut monet M., qui, haec habens pro anapaesticis senariis, priorem versum finit vocabulo tamen. — 4. Festus: Nubes per ego etc. Sed Nubes est ab interprete, ut monet Faërnus ap. Anton. Augustinum. Scal. subices accipit pro subjectis, et Dacer.: Nubes, inquit, deûm subices, quippe quae diis subjiciantur. Nam ut ab obicio obex, sic a subicio subex. Altero versu Fest.: Unde or. i. sonitus aerio spiritu. Sed Fragm.: Inde or. i. sonitu saevo, spiritu. Gell.: P. e. d. sublimes sub., humidus U. or. i. s. s. et spiritus. Non.: Subicis nove positum, non a subjiciendo, sed altitudine. Enn. Achille: P. e. d. s. subicis h., U. or. imb. Virg. in Bucolicis (eclog. 10, 74.) Quantum vere novo viridis se subjicit alnus. — 5. Hisce Ulysses exprobratum ab Ajace fugae dedecus excusat. Cf. Osanni Analect. crit. p. 13, not. 6.

Achilles Aristarchi. Aristarchi dicitur haec tragoedia, quo ab Aeschyli cognomine distinguatur. Poëta ille tragicus Euripidis fuit aequalis. Isidorus ap. Scal. ad F. h. l.: Tragoedias fere omnes ex Graecis transtulit Ennius; plurimas Euripidis, nonnullas Aristarchi. — *Fragm.* 1. F. sic explicat: clypeo ante se protento. — 2. Scribendum videtur sese, ut versus sit troch. tetr. cat., sed [illegible].

Ita mortales inter sese proeliant.

Ceterum cf. Incert. 8.

AIAX.

1.

Sanguine
Emisso tepido tullii efflantes volant.

F. v. tullius, p. 579, 16, ubi codd.: *Ajax, misso sangu. tep.* etc.

2.

Lumen jubarque in coelo cerno.

Varro de L. L. 5, pp. 53. et 73; 6, p. 95.

3.

Qui rem cum Achivis gesserunt statim.

N. v. statim.

ALCESTIS. *)

ALCMAEON.

1.

Factum est jam diu.

N. v. jamdiu.

2.

Incede incede: adsunt, adsunt; me, me expetunt.

Cic. Acad. Qu. 4, 28.

Ajacis 1. Verba ejus, qui mortem Ajacis nuntiat. Conferri jubet Delr. Q. Smyrnaeum lib. 5. Tullii dicti sunt a tullo, h. e. tollo, quod aquam sursum tollant. Alias idem indicant silani: Lucret. 6, 1263. Sophocles, quem expressit Ennius, Ajace extrema: ὁρᾶτε γὰρ θερμῆς σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν μένος. Quod in Mediol. et Ald. legitur Ajax ante verbum misso (nam sic istae edd.), locum hic habere nequit, ut monet V., cum sermo sit de Ajace recens interfecto. Recte autem V. ortum putat ex fabulae nomine, quod antecessit. — 2. Libri jubarve. Sed lumen jubarque est ἓν διὰ δυοῖν. Saepe confusa que et ve. Ceterum ap. Varr. 5. p. 73. non habetur nomen fabulae. Postremo loco in codicibus est hoc Aliquod lumen etc., sed Popma fecit Ajax, quod lumen etc. — 3. Columna gesserat, Ajax Delrio: Phryges tum Ach. cesserunt st.

*) *Alcestis.* Alcestim Antiphanis citat Athenaeus: puto, hanc fuisse comoediam: nam in membranis Fulgentii habetur Enn. Tulestide, comoedia: Delr. Locus Ennii sic se habet:

Haec anus admodum
Frigutit: nimirum se flore exuit Liberi.

Codd. solutis numeris: nim. sauc se fl. Liberis. Frustra Delr. in nota nimium. Mercerus: „Celestide comoedia. Ita libri; nec juvat, quod visum doctis, Alcestide. locus ipse effictus (?) ex illo Casinae (522.) Nisi haec se moracio uspiam percuserit flore Liberi.“ De Antiphane ad Attii Bacchas.

Digitized by Google

3.

Multimodis sum circumventus, morbo, exilio atque inopiâ; t. t. c.

Tum pavor sapientiam mi omnem exanimato expectorat;
Alter terribilem minitatur vitae cruciatum et necem,
Quae nemo est tam firmo ingenio et tantâ confidentiâ,
Quin refugiat timido sanguen atque exalbescat metu.

Cic. de Orat. 3, 38, 58; Tusc. Qu. 4, 9; de Fin. bon. et mal. 4, 23.

4.

Intendit crinitus Apollo, a. d.
Arcum auratum lunâ innixus;
Diana facem jacit a laevâ.

Cic. Acad. Qu. 4, 28.

5.

— Sed mihi neutiquam consentit cor cum oculorum adspectu. t. t.

Cic. Acad. Qu. 4, 17.

6.

Unde haec flamma oritur?

Ibid. c. 28.

7.

Fer mi auxilium; pestem abige a me, flammigeram hanc vim, quae me excruciat! t. t.

Cagnuleo incinctae angui incedunt; circumstant, cum ardentibus taedis.

Ibid.

Alcmaeonis fr. 3, 2. expectorat. Sic etiam Attius Phoen. 3, 2. Huc respiciens, monente Pearcio, Quinctil. Instit. orat. 8, 3. p. 689. Burm. Veteres ne expectorat quidem timuerunt. Et sane eadem notae est exanimat. Perperam ibi Pearc. poni vult exanimato. Ceterum in loco Tusc. Quaestionum hodieque legitur ex animo, quod genuinum censeo, modo scribatur metri gratia animo d, ex quo orta videntur animet, animat, exanimât, exanimato. Animo ipsum habet h. l. Servius. Delrio: „Nota," inquit, „historia ex Statio in Thebaide, Athenaeo lib. 6, Aristotele 3. Eth., Virgilio in 6 Aen., et aliis." (Athenaeus ipso initio libri 6. Oedipum et Alcmaeonem inter argumenta tragica recensuit, quae vel pueri sciant, et ibidem p. 234, a. Alcmaeonem matris Eriphyles necatae Apollini Delphico consecrasse dicit; praeterea viri historiam non attingit.) Sophoclis quoque et Euripidis fabulae cognomines praeter fragmenta pauca interciderunt. Cf. Bentleji Opusc. philol. pagg. 466. seqq. ed. Lips. — 4, 2. luna innixus. Alibi est genua innixus. Vid. Delrio ad Q. Lutatii Catuli Alcmaeon. 1. Haud malum genu, versuique conveniet non alias vocali longa, ut fit interdum sequente altera vocali, Graecorum more. — 7. Loquitur Alcmaeo de Furiis, sicut fragm. 2. et fortasse 6. Mala haec rediguntur in 4. anapaest. dim.

Digitized by Google

ALEXANDER, vel ALEXANDRA.

1.

Dimidio purus putus. t. t.

Gell. 6, 5. F. v. putum, p. 399, 15. Fragm. p. 17, 30.

2.

Hominem adpellat: Quid lascivis, stolide? non intelligis? t. t. c.

F. v. stolidus, p. 529, 5. Fr. p. 59, 29.

3.

Volans de coelo cum corona et taeniis. l. s.

F. v. taenias, p. 557, 1. Sched. p. 91, 10.

4.

Jamdudum ab ludis animus atque aures avent, l. s.
Avide expectantes nuncium.

Varr. l. 5. p. 74.

Alex. Delr.: „Alexander, seu Paris, Philoctetae vulnere, Oenones contemtu, periit; ipsaque Oenone se in rogum ejus praecipitem dedit; Q. Smyrnaeus lib. 10, (ap. Tzetz. ad Lycophr. v. 61.) An hoc igitur fabulae argumentum? Sana, si vera inscriptio (Alexander). Sed nutat animus. Potius Alexandrae, h. e. Cassandrae, nomen reponendum in omnibus his Grammaticis, quod in multis codd. quibusdam locis reperitur. Scripsit Alexandram Euripides, scripsit et Sophocles; et sic supplenda Stephani lacuna in voce Ἔφεσος. (Εὑρηται καὶ Ἐφέσια διὰ διφθόγγου· οὕτω καὶ ἐν Ἀλεξάνδρᾳ Σοφοκλῆς.)" V. quoque minus solitum nomen Alexandrae depravatum fuisse putat, cum praesertim pleraque horum fragmentorum proferantur ab ea vate. Verum id signum fallax; nam in Euripidea quoque fabula illa, quae inscribi hodie solet Ἀλέξανδρος, insunt dicta Cassandrae, velut ista ap. Plut. Opp. moral. 1469. ed. H. Stephani: Ἀφαντα γαρ μ' ἔθηκε θεσπίζειν θεος etc. Unde est fortasse, quod Brunckius Sophoclei dramatis sincerum nomen putat Ἀλέξανδρος, non id, quo saepe laudatur, Ἀλεξάνδρα. „Argumentum," inquit, „erat Paris agnitus et receptus a Priamo patre, postquam in ludis omnium certaminum victor evasisset. Medio tutissimus ibis, nec quidquam obest, quominus utrumque argumentum tractatum esse a poëtis dramaticis existimemus. Scripserit igitur Ennius quoque duplicem fabulam, de Paride alteram, alteram de Cassandra, ad quam tragoediam referenda fuerint duo postrema horum fragmentorum. *Fragm.* 1. In fragmentis Festi legitur amidio, unde V. faciebat catamidius purus putus, et, quod vulgatae scripturae proprius, catamidio p. p. Nam ut pumilus, inquit, pumilio, pusus pusio, amasius amasio, dic videntur dixisse catamitus catamitio; sive catamidio per D litteram, quae et est in graeco Γανυμήδης, unde opici illi suum catamitus fecerunt. (Neque hoc, neque sequens fr. sapit tragoediam.) — 2. Libri intelligit, quod emendavit Dacer., qui hoc dici vult ab Hectore, Paridem increpante, quod Menelaum evitaverit. Cf. Homer. Iliad. 3, 40. seqq. W. Male Dacer., sicut olim: Quia lascivi. —

Digitized by Google

5.

Multi alii adventant, paupertas quorum obscurat nomina. t. t. c.

Macrob. S. 6, 1.

6.

Quapropter Parim pastores nunc Alexandrum vocant. t. t. c.

Varro de L. L. 6. p. 78.

7.

Nam maximo saltu superabit gravidus armatis equus, i. t.
Qui suo partu ardua perdat Pergama.

Macr. S. 6, 2.

8.

O lux Trojae, germane Hector, quid ita contuo lacerato t. t.
Corpore, miser, aut qui te sic respectantibus tractavere
Nobis?

Idem ibid.

ANDROMACHA.

1.

Andromachae nomen qui indidit, recte indidit. i. s.

Varro de L. L. 6. p. 96.

2.

Nam ubi introducta est, puerumque ut laverent, locant i. s.
In clupeo.

N. v. lavere.

3.

Acherusia templa alta Orci, salvete, infera, i. s.
Pallida, Lethaea, obnubila tenebris, loca!

Cic. Tusc. 1, 21. Varr. l. 6, p. 81.

5. Ennius Annal. 11, ut notat Delr.:

Multi praeterea, quos fama obscura recondit.

7. Vulgo superavit, corrigente Vossio, qui B et V consona passim permutari monet. — 8. Itidem bene V.: quid ita contuo lac, cum Macrob. disertim dicat, hinc expressum esse Maronis illud Aut cur haec vulnera cerno? Vulgo tamen q. i. cum tuo lac. Contuo imitatum Andronico, Ennio et veteribus. Etiam haec vates. Rectum respectantibus, h. e. adspicientibus: vid. Iliad. 22, 405. seqq. Sed scribendum videtur miserum.

Andromacha translata ex Euripide. Delr. Translata, ut transferre solent Latini graeca. — *Fragm.* 1. Non quidem indicat Varro nomen fabulae, sed videtur sane pertinere versus ad Andromachen. Ceterum Varro: „Imitari dum voluit Euripidem et ponere Etymon, est lapsus. Ille ait: Ideo nomen additum Andromachae, quod ἀνδρὶ μάχεται." W. In eo lapsum dicit magnus litterator, quod latino sermone exprimere conatus sit sententiam, quae graece tantum intelligatur. — 2. Puerumque, Astyanacta, e turri praecipitatum, cujus corpus clypeo impositum a Talthybio gestabatur, ut monet V. — 3. Prior versus legitur ap. Var-

Digitized by Google

4.

— — Quid petam, praesidi aut exequar? cret. t.
Quove nunc aut auxilio aut fugâ freta sim?
Arce et urbe orba sum: quo accedam? quo applicem,
Quoi nec arae patriae domi stant, fractae et disjectae jacent. t. t.
Fana flammâ deflagrata, tosti alti stant parietes
Deformati atque abiete crispa?

* *

O pater, o patria, o Priami domus! dact. t.
Septum altisono cardine templum, a. d.
Vidi ego te, adstante ope barbarica,
Tectis caelatis, laqueatis,
Auro, ebore, instructum regifice!

* *

Haec omnia vidi inflammari, a. d.
Priamo vi vitam evitari,
Jovis aram sanguine turpari,

* *

Vidi, videre quod me passa aegerrume, i. s.
Hectorem quadrijugo curru raptarier. cret. t.
Hectoris gnatum de moero jactarier.
Cic. Tusc. Qu. 3, 19. §. 44. sequ. Varro l. 9. p. 140. Vide nota.

5.

Dic jam, mater, non est.
Summussare sine.
F. v. summussi, p. 546, 6. Fragm. p. 53, 8.

ronem. Cic.: Acherontia templa alta Orci pallida leti, obnubila, obsita t. l. Sed leti refragatur metro, nec dubitemus quin recte suaserit V. Letea, h. e. Lethaea, quo posito, deletoque obsita, tanquam glossemate verbi obnubila, pro ταυτολόγῳ elegantem habebimus sententiam et optimos numeros pro nullis Ennioque indignis. — 4. 1. Laudat Cic. de Or. 3, 26, §. 102; 47, §. 183. Versu 3. Nic. Heins. ad Ovid. Her. 7, 47. malit applicer. Meliore numero scribetur quo accedam, aut quo applicem, accentum retrahente vocabulo accedam, cum sequatur vocalis. Raptum autem fuerit aut a similibus duabus litteris, quae antecedunt. Vers. 7. extat ap. Cic. de Or. 3, 26, §. 102; 58, §. 217. Versus 9 et 10. habet idem Tusc. Qu. 1, 35. §. 85. Versu 11. vulgo legitur instructam. Vv. 12 et 13. inveniuntur ap. Cic. de Or. 3, 58, §. 217., vv. 12. autem, 13 et 14. Tusc. Qu. 1, 35, §. 85; denique vv. 15 et 16. ibid. 1, 44. §. 105. Omnes hos versus praeter ultimum laudat Cic. ibid. 3, 19, §§. 44. 45., quos versus hoc ordine ponendos esse non male censuit W. — 5. Dicere hoc videtur Astyanax matri dubitanti, quid faciendum sit, ut servetur ipse (vid. Senecae Troad. act. 3.), et ea de re secum mussanti. Cui ille: Quid mussas, inquit, quaerisque auxilium? Jam tandem dic, nullum esse, et desine mus-

Digitized by Google

6.

Quantis cum aerumnis illum exantlavi diem!
N. v. exanclare, p. 292. Mercer.

7.

Annos multos longinque ab domo t. s.
Bellum gerentes summum summâ industriâ.
N. v. summum.

8.

Rapit ex alto naves velivolas. a. d.
Macrob. S. 6, 5. Serv. ad Aen. 1, 224.

9.

— — Sed quasi ferrum aut lapis i. s.
Durat, rarenter gemitum conatus.
N. v. rarenter.

10.

Quid fit? seditio tabetne, an numeros augificat suos? t. t. c.
N. v. augificat.

11.

Nam neque irati neque blandi quidquam sincere sonunt. t. t. c.
N. v. sónunt.

12.

Quae cava coeli d. t.
Signitenentibu' confici bigis.
Varro de L. L. 4. p. 8.

sare: nam equidem ad omnem eventum paratus sum. Fest.: Accius in Andromacha: Dice jam, mater, non est: nam mussare sine; ubi frustra Dacer.: jam mussare s. Sed poëtae nomen conjectura judicatum est a viris doctis: nam in codd. non legitur. — 6. Refert hoc fr. Sciver. ad Andromachen-Molottum, sicut etiam 7 et 11. Vid. not. ad Livii Laodam. 1. In libris hoc est Andromache malotorquenti, unde Mercer. in notis fecit Andromachemolotto: Quantis etc., quemadmodum fr. 7. Andromachemolotto: — Annos etc., cum scriptum sit in codd. Andromachaec malo annos etc. Delrio priore loco posuit Malo torquetis cum aerumnis etc.; posteriore: Annos malos multosque etc. — 8. Servius l. l.: Velivolum duas res significat, et quod velis volatur, ut hoc loco, et quod velis volat, ut Ennius: naves volivolas, qui et proprie dixit. Cf. Livius Andronic. Helen. fragm. 1, Lucret. 5, 1441. Naves una syllaba pronuntiatur: v. Hermann praefat. ad Plauti Trinumm. pag. 19. W. — 9. Libri conatur, frequente r et s litterarum permutatione. Cf. Andromedae fr. 7. — 12. Scriptorem haud nominat Varro, sed tantum ex Andromacha esse dicit, non ex Andromeda, quod vult Scaliger, improbante quidem G. J. Vossio. Quae post haec leguntur apud Delr. et Scriverium, verba Coeli ingentes fornices et ista In terram cadentes etc. ad Andromedam etiam ipsa referuntur, sed non meliore jure. Quamobrem locum iis assignavi in fine Incertorum hujus poëtae. Cf. V. Signite-

Digitized by Google

ANDROMEDA.

1.

Liberûm quaesendûm causâ familiae matrem tuae. t. t. c.
F. v. quaeso, p. 406, 12. Fragm. p. 35, 4.

2.

Circum sese urvat ad pedes, terrâ occulit i. s.
Caput.
F. v. urvat, p. 596, 13. Sched. p. 94, 23.

3.

— — Alia fluctus differt, dissipat t. t. c.
Visceratim membra, maria salsa spumant sanguine.
N. v. visceratim.

4.

Scrupeo investitae saxo atque *ostreis squamae scabrent.* t. t. c.
N. v. scapres. Fest. v. scrupi, p. 491, 18. Fragm. p. 66, 14.

nentis placuit Scriverio. Cujus conjecturam probans V. Castigatt. et Nott. in haec Fragmenta p. 190: „Vulgo," inquit, Signitenentibus: quasi bigae Noctis recte dicantur signitenentes," Coelum signitenens dictum, ipso monente, ut apud Attium mundus signis aptus, h. e. coelum, quod sidereum mundum vocant Tibull. et Sen. in Hippolyto, etc. Sed fieri tamen potest lectio vulgata.

Androm. 1. Andromeda Euripidea, ap. Suidam v. ἄλοχος, Perseo quaerenti (Suid. v. εἶαν, Diog. Laërt. 4, 29):

Ὦ παρθέν', εἰ σωσαιμί σ', εἶσί μοι χάριν;

sic respondet, ex emendatione nostra:

Ἄγου, ξέν', εἴτε δμωΐδ' εἴτ' ἄλοχον θέλεις.

quae fortasse ob oculos habuit hic noster. — 2. Fest.: — terra occ..... caput. In schedis hoc legitur: — ad pedes a terra quadringentos caput, cum forte scriptum ccc vel cccc pro μειουρῳ isto occ... male accepissent librarii, circa numeros soliti errare. (Vid. Fest. v. scena p. 468, 9, ubi scripserunt Cincius in libro, qui est ei de verbis priscis, cum hoc procul dubio voluisset grammaticus: qui est II. (secundus) de v. pr. Cf., quae nos ad Senecae Agam. 877. etc.) Quamobrem Salmas. fecit C. s. urvat, ad pedes fert occultans caput. Delr.: — pedes, terra occultat cap. Scriv.: — urvat, ad pedes a terra quadringentos occultat cap. Fortasse haec est descriptio ceti ad terram adnatantis, scribendumque:

Circum sese urvat, *adpetens* terram; occulit
Caput.

Facile adpetēs mutatum fuerit in adpetes, adpedes. Occulit V. — 4. Vulgo: S. investita saxo, atque ostreis (hostreis), quam excaprent. Nonius Mercer.: S. inv. s. a o. squamae scaprent, quod omnino probat V., nos maluimus investitae, squamae, quoniam haec una imago est belluae saxis atque ostreis obsitae, et scabrent, quia dicimus scaber, scabreo, scabres, scabrities, non scaper etc. MS. quoque Nonii, teste G. J. Vossio in Castigatt. et notis ad h. l., ex-

Digitized by Google

5.

Filiis propter te objecta sum innocens Nereïi. t. t. c.
Prisc. 7, p. 733.

6.

— Rursus prorsus reciprocat fluctus feram.
N. v. rursus.

7.

Corpus contemplatus, unde corporaret volnere. t. t. c.
Non. v. corporare, p. 20. M.

ANTIOPES

Ennianae argumentum posuit Hyginus fab. 8, ut monet V. in fine annotatorum ad Ennii fragmenta.

ATHAMAS.

His erat in ore Bromius, his Bacchus pater, i. s.
Illis Lyaeus vitis inventor sacrae;
Tum pariter „Evan, evoe! evoe, Evius!"
Ignotus juvenum coetus alternâ vice
Inibat alacris, Bacchico insultans modo.
Charis. lib. 2. in Euoe. (Euhoe Putsch. p. 214.)

crabent. Frustra Dacer. ad Festum: S. investita s. a. o. squalo, scapre (scabre), sicut Pacuvius et Varro (vid. Schelleri lexic. lat. v. Scabres.), ut ita Andromeda se queratur expositam in desertis locis. Cf. Teucri Pacuv. fr. 6. — 5. Libri Nerei, deficiente syllaba, quam supplevimus, cum errare librarii soleant circa extremitates vocabulorum. Transponit verba V., minus quidem probabiliter. Ceterum filiis pro filiabus positum notat Prisc. — 6. feram, belluam marinam. — 7. Soloece codd. contemplatur, cum sequatur corporaret. Cf. Andromach. 8.

Athamantem Aeschylus et bis Sophocles docuerunt, quorum tamen tragoediae praeter paucula verba perierunt. Amphis, Atheniensis, poëta Comicus, qui floruit circa olymp. 97, 4, sive ante Christ. nat. 388, Athamante apud Athen. 13, p. 559, c.:

Εἶτ' οὐ γυναικός ἐστιν εὐνοϊκώτερον
Γαμετῆς ἑταῖρα; Πολύ γε καὶ μάλ' εἰκότως·
Ἡ μὲν νόμῳ γὰρ καταφρονοῦσ' ἔνδον μένει·
Ἡ δ' οἶδεν, ὅτι ἡ τοῖς τρόποις ὠνητέος
Ἄνθρωπός ἐστιν, ἡ πρὸς ἄλλου ἀπιτέον.

Quae non erat quod dubitaret Delrio essentne ex comoedia, an tragoedia, cum praesertim tragoedias Amphis edidisset nullas. *Athamas.* Senecae dignius elegantia est quam Ennio ejusque aevo, nec dubito quin lapsus fuerit Charisius, sicut in Inus tragoediae, quae numeratur inter Livii Andr., fragmento 2. Terentianus Maurus et Marius Victorinus.

Digitized by Google

CRESPHONTES.

1.

Audi atque auditis hostimentum adjungito. i. s.
F. v. redhostire, p. 428, 4. Fragm. p. 40, 33.

2.

Ducit me uxorem liberorum sibi quaesendûm gratiâ. i. t.
F. v. quaeso, p. 406, 11.

3.

An inter sese sortiunt urbem atque agros? i. s.
N. v. sortio.

4.

O pie
Eam secum advocant, eunt ad fontem, nitidant corpora. t. t. c.
N. v. nitidant.

5.

Ego meae cum vitae parcam, letum inimico deprecor. t. t. c.
Gell. l. 6. cap. ult.

6.

Neque terram injicere, neque cruenta convestire corpora f. t.
Mihi licuit, neque miserae lavére lacrumae salsum sanguinem.
Macr. S. 6, 2.

7.

[a] Injuriâ abs te adficior indignâ, pater: i. s.
Nam si improbum Cresphontem existimaveras,
Cur me huic locabas nuptiis? sin est probus,
Cur talem invitam invitum cogis linquere?
[b] Nullâ te indignâ, o gnata, adficio injuriâ.
Si probus est, bene locavi. Sin est improbus,
Divortio te liberabo incommodis.
„Cur me huic locabas nuptiis?" Duxi probum.
Erravi; post cognovi, et fugio cognitum.
Rhetoric. ad Herenn. lib. 2, 24.

Cresphontis 1. legitur Audis, quod correxit Scal., probante Vossio. — 2. Dixerit hoc Merope de Cresphonte. Scriver. contra fidem librorum Duxit. Cf. Andromedae fr. 1. — 4. H. Grotius, merito plaudente Vossio: Opem Consivam advocant etc. — 5. Libri Ego cum meae, quod fuit fortasse Ergo c. m. V. sententiam non minus quam numeros hoc requirere putabat

Ego cum meae
Vitae non parcam, letum inimico deprecor.

6. Legitur metro turbato mihi corpora licuit. Haec quoque Merope de filiis suis trucidatis. Vidd. Pausan. Messen. c. 5. Hygin. fab. 184. — 7, 8. Omisit, nescio qua de causa, Scriver.

Digitized by Google

8.

Eho tu, dî, quibus est potestas motûs superûm atque inferûm, t. t. c.
Pacem inter sese conciliant, conferunt concordiam.
Ib. et Cic. de inv. l. 1, 49, §. 91.

9.

Nam nos decebat, coetus celebrantes, domum
Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,
Humanae vitae varia reputantes mala;
At qui labores morte finisset graves,
Hunc omni amicos laude et laetitia exsequi.
Cic. Tusc. 1, 48, §. 115.

DULORESTES.

— Extemplo Aegisthi fidem t. t. c.
Nuncupantes conciebant populum.
N. v. conciere.

verba „Cur — nuptiis?" quae apud Cornificium, vel quisquis ille est, leguntur, neque abesse sine detrimento cum sententiae tum versus possunt. — 9. Fortasse non Ennius, sed ea Cicero ipse de fonte Euripidis expressit. V. Eurip. ap. Stob. tit. 121. aliosque, quos recensent, qui ejus poëtae fragmenta ediderunt:

Ἐδεῖ μὲν ἡμᾶς, ξύλλογον ποιουμένους,
Τὸν φῦντα θρηνεῖν, εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά,
Τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
Χαίροντάς, εὐφημοῦντας, ἐκπέμπειν δόμων.

Videtur ita solari aliquis Meropen, interemtos filios deflentem. Scriv. versu 5: Omnes am. laude etc.

Dulorestes. Ex Euripidis Oreste, Aeschyli Agamemnone et Choëphoris concinnata. Delr. Hujus fabulae argumentum quale fuerit, nescitur; tamen suspicari licet, eam continuisse Orestis gesta in exilio, quo punitus est parricida: nam servitutis simile est exilium. Eurip. Phoen. 401: — τί φυγάσιν τὸ δυσχερές;

ΠΟ. Ἓν μὲν μέγιστον, οὐκ ἔχειν παῤῥησίαν.
ΙΟ. Δούλου τόδ' εἶπας, μὴ λέγειν, ἃ τις φρονεῖ.
ΠΟ. Τὰς τῶν κρατούντων ἁμαθίας φέρειν χρεών.
ΙΟ. Καὶ τοῦτο λυπρὸν, ξυνασοφεῖν τοῖς μὴ σοφοῖς.
ΠΟ. Ἀλλ' εἰς τὸ κέρδος παρὰ φύσιν δοβλευτέον.

Quam cognominem Pacuvius scripsit tragoediam, ex eâ nunc laudata reperias, quae vix unius operis ambitu comprehendi posse videantur, sed totius Ὀρεστιάδος et Iphigeniae simul Tauricae argumenta attingant. Quare praeter Dulorestem etiam Orestem (vid. Dulorest. Pacuv. fr. 8.) et fortasse Iphigeniam Tauricam scripsisse illum puto, quarum fabularum fragmenta descriptorum negligentia sint confusa. Hoc quidem Ennii versu dicuntur Aegisthi assectatores, qui, caeso Agamemnone, conciebant Mycenenses. Sine causa idonea haec ad Pacuvii Dulorestem refert Scal. in Varr. de L. L. 5. p. 56. ed. Durdr. a. 1619.

Digitized by Google

ERECHTHEUS.

1.

Quibus nunc aerumnâ meâ libertatem paro, i. s.
Quibus servitutem meâ miseriâ deprecor.
N. ib. et Gell. 6. c. ult.

2.

Arma rigent, horrescunt tela. t.
Macr. S. 6, 4.

3.

Lapideo sunt corde multi, quos non miseret neminis. t. t. c.
F. pag. 274, 11. Fragm. 6, 32. Paulus p. 274, 7.

EUMENIDES.

1.

Areopagiticam eâ de re vocant petram. i. s.
Varr. l. 6. p. 84.

2.

Tacere opino esse optumum, ut pro viribus
Sapere atque fabulari tute noveris.
N. v. opino.

Erechthei fr. 1. Verba sunt Colophoniae (Chthoniae), cum eam parens Erichthonius ex sortibus pro Atheniensibus esset sacrificaturus: de quo, praeter alios, Hyginus fab. 238. V. Vid. ibi Muncker. — 2. Arma intelligenda vel Atheniensium, vel Eleusiniorum et his auxiliantium duce Eumolpo Thracum, a quibus pressus Erechtheus, oraculi monitu, filiam pro victoria immolavit. Ceterum Ald. rigent, recentiores arrigunt, recte improbante Vossio. Erechtheus Euripideus ap. Lycurgum orat. in Leocratem etc.: — ἀντὶ γὰρ ψυχῆς μιᾶς
Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τηνδ' ἐγὼ σώσω πόλιν.
— 3. Ita dixit more Graecorum, quibus gemina negatio negat vehementius. V. Paulus Catoni tribuit. Apud ipsum Festum poëtae nomen haud legitur.

Eumenidum 1. Haud indicat Varro nomen fabulae. W. V.: Ita, inquit, ex Aesehylo (unde haec et seqq. transtulit Enn.) correxit Scal. in Conjectaneis. In Mediol. et Ald. atque aliis prius legebatur Areopagitae quid (vel qui) dedere quam pudam. Unde eliciebam Areopagum inde qui dixere eam petram. Saltem propius paullo hoc accedit ad veterem scripturam. Nec magis abit ab Aeschyli verbis (Eum. 686. Schütz.) Ἔνθεν ἔστ' ἐπώνυμος Πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος. (Veteri lectioni haec potius respondet
Areopagitae, qui edidere aequom palam.
Aequom accipiendum pro conjuncto, jure.) — 2. Ita Scal. in Conject.: nam libri Noniani, teste Vossio: et pro viribus, ut edidit Mercerus. Sententia inepta, siquidem sapientis esse dicas tacere, non tacentis sapere, cum passim tacere videamus stultissimos. Quod sentiens, ut opinor, vir summus apud Vossium tentabat hoc:

Digitized by Google

3.

Id ego aequom ac jus fuisse expedibo atquè eloquar. i. s.
N. v. expedibo, p. 505.

4.

Nisi patrem materno sanguine exantlando ulciscerem. t. t. c.
N. v. exanclare, p. 292.

5.

Dico, vicisse Orestem: vos facessite! i. s.
N. v. facessere.

HECTORIS LYTRA.

1.

Melius est virtute jus: nam saepe virtutem mali t. t. c.
Nanciscuntur; jus atque aequom se à malis spernit procul.
N. v. spernere.

2.

At ego omnipotens te exposco, ut hoc consilium
Achivis auxilio fuat.
N. v. fuam.

Tacere opinor esse optimum, pro viribus
Ni sapere ac fabulari tute noveris.

quod venustum videtur Vossio, mihi vix ferendum, etiamsi verba pro viribus ad praecedentia adjungas. Quid multa? Vocabula Tacere et Sapere forte inter se commutata esse censeo, scribendumque:

Sapere esse opinor optimum pro viribus:
Tacere ac fabulari tute noveris,

vel noverint, quod ostendunt quidam libri. Hisce expressum putant Aeschyleum Σιγᾶν ἁρήγει (Eumen. 568. Schütz.), quod abhorret a ratione atque indole hujus loci. Orestes Eumen. 271:

Ἐγὼ, διδαχθεὶς ἐν κακοῖς, ἐπίσταμαι
Πολλοὺς καθαρμοὺς, καὶ λέγειν ὅπου δίκη,
Σιγᾶν δ' ὁμοίως.

— 3. Verba Palladis in Areopago. Cf. Aeschyli Eumen. 846. seqq. Ceterum libri: Id. e. a. aptius fecisse e. a. e. Ac jus suasit Guilelm., V.: fuisse, uterque recte. Fuisse pronuntiandum per synizesin, metri causa. Sine auctoritate legitur me exp. — 4. Cf. Aeschyli Eum. 462. seqq. — 5. Cf. Eum. 749. Vulgo: D. ego v. O., vos ab hoc fac. Sed ego abest a libris vett., et verba ab hoc metri indicio agnoscuntur spuria.

Hectoris lytra. Delrio: „Redimebatur a moesto patre Hectoreum cadaver. vide Iliad. 22 et 24. Scripsit etiam Aeschylus (?) Hectoris lytra, a quo noster (?)." Cf. notata ad fragm. 14, Hygin. fab. 106, etc. Fragmento 2, 3. libri habent auxilii, quod mutandum esse in auxilio vidit V. Ceterum quod scribi vult At omnipotens te exposco ego, non placet, cum, positis tantum Ast et ted, quae vocabula proclive erat depravari, haec ita ordinare liceat:

Ast ego omnipotens t. t. c.
Ted exposco, ut hoc consilium Achivis auxilio fuat.

Digitized by Google

3.

Aes sonit, franguntur hastae, terra sudat sanguine. t. t. c.
N. v. sonere.

4.

Quid hoc hic clamoris? quid tumulti est? nomen qui usurpat meum? i. t.
N. v. tumulti.

5.

Hector vi summâ armatos educit foras, i. s.
Castrisque castrad ultro jam inferre occupat.
N. v. occupatus.

6.

Qui cupiant dare arma Achilli, ut ipsi cunctent.
N. v. cunctant.

7.

Ecce autem caligo oborta est, omnem prospectum abstulit. t. t. c.
Derepente contulit sese in pedes.
N. v. derepente.

8.

Per vos et vestrum imperium et fidem, Myrmidonum vigiles, commiserescite.
N. v. commiserescimus.

9.

— Inferûm vastos specus.
N. v. specus.

Paeonem primum efficit vox omnipotens, sicut corripitur nonnunquam prior syllaba in omnis. Nisi ponendum sit expostulo, ut hoc vocabulo finiatur versus prior, dimetianturque haec ad modulum iambicorum senariorum, quod volebat V. De argumento hujus fabulae vid. ad fragm. 14. — 4. Pro arbitrio G. Hermann. (Handb. der Metrik pag. 87.) ex hisce, quibus jungit fr. 10, exsculpit duos bacchiacos tetram., quorum versuum posterior certe pessimus est. Sic autem isti versus se habent:

Quid hoc hic clamoris? quid hoc hic tumulti est?
Nomen qui usurpat meum? quid in castris strepiti est.

— 5, 2. Vulgo: C. castra ultro jam fere occupat. Vett. edd. praebent ferre, malitque Mercer. vel jam ferre, vel inferre, V. ultro conferre, vel trajectis vocibus Ultroque castris castra jam fere occ. Compendio scripta iã inferre facillime degeneraverunt. — 6. Malim cupiunt. — 8. Videntur haec constare ex fine trochaici tetram., qui terminatur vocabulo vestrum et ejusmodi versu catalectico. Implorat Priamus fidem publicam, qua in castra Graecorum venerat petitum Hectoris cadaver. — 9. Exemplum verbi specus, masculino genere usurpati. —

Digitized by Google

10.

Constitit, credo, Scamander; arbores vento vacant. t. t. c.
N. v. vagas.

11.

Quid in castris strepiti est?
N. v. strepiti.

12.

Saeviter fortunâ ferri cernunt de victoriâ. t. t. c.
N. v. saeviter.

13.

Quae mea cominus machaera atque hasta hospius manu.
F. v. Redhostire, p. 428, 5. Fr. p. 40, 31.

14.

Ducet quadrupedum, jugo invitam, doma, infrena, et juge valida, quorum tenacia infrenari minis.
N. v. tenacia.

15.

Sublimiter quadrupedantes flammam halitantes.
Diomed. lib. 1. p. 336.

10. Codd.: vagant, inepta quidem sententia. Cf. Scipion. fr. 3, 4. — 11. Fieri potest, ut hoc sit principium jambici senarii, verbo Quid liquescente, sicut passim apud hos scriptores. Cf. fr. 16. — 12. ferro legitur apud Nonium. An fuit: S. Fortuna ferro cernit de v.? — 13. Scaligeri (a quo eam Columna accepit) emendatio est:

Quem mea cominus machaera atque hasta hostivit e manu.

Dixit e manu pro eminus, quod inde conflatum, ut cominus, quasi cum mànu. V. Malim ipsum eminus. — 14. Mercerus ad Non. l. l.: „Ἕκτορος λύτρα notus fabulae index ap. vett. Tragicos, argumento sumto ab ultima Homeri Iliade, cujus idem titulus. Sed habuit Enn. a Tragicorum quodam, Aeschylo forte (fortasse), non ab Homero, ap. quem nullus sermo ad vigiles Myrmidonum.“ V. monet, describi h. l. bigas, quibus raptatus Hector sit circa muros Trojae. Tentarunt locum Lips., aliique, quos inter H. Grot. hoc modo:

Duce quadrupedum juga, i. s.
Invicta, indomita, infrenia, injugalia,
Quorum tenacia infrenari nimi' nequit.

Fortasse haec dederat poëta: Duce (h. e. Duc) qu. juga Invita, ind., infrena, et junge validius, Quorum tenacia non quit infringi minis, vel, quia Mercer. non invenit τὸ nequit in suis libris, Quorum tenacia non infringatur minis; infringatur, infringi potest. — 15. Libri Sublime iter, quod correxit Scriver. Non ignivomi tauri, quod placebat Vossio, sed describi videntur equi, Hectorem raptantes: nam tauris hic locus nullus. Sic Enn. alibi concorditer, duriter, Naev. dapsiliter, indecorabiliter Attius, lasciviter Laevius, imperiabiliter Cato senex, ut monet V. Finitur, nisi fallor, prior horum versuum (nam duos putem) voce Subl., neque liquescit flammam. —

Digitized by Google

16.

Hector quidem haud cessat obsidionem obducere. i. s. N. v. obsidio. F. eadem voce p. 296, 21. Sched. p. 86, 21.

17.

Nos quiescere aequom est: nomus ambo Ulixem. as.: 2 ithyph. Diomed. lib. 1, p. 382.

18.

Laetus sum, pater, laudari me abs te, laudato viro, t. t. c. Cic. Tusc. Qu. l. 5. c. 31. §. 67. Epist. fam. 5, 12; 15, 6.

19.

Tum ipsos adoriant, ne quis istinc Spartam referat nuntium. i. t. Prisc. lib. 8. p. 801.

20.

Signum candens. Varro lib. 6. p. 68.

HECUBA.

16. Haud nominat Festus fabulam, notante W. Quidem in unam syllabam coalescit cum sequente verbo. Cf. fr. 11. — 17. Monet Diom., dixisse veteres nomus pro novimus. Rectum igitur nomus, quod habent meliores libri. Vulgo tamen: novimus. — 18. Naevio non dubitanter tribuit Cic. duobus locis prioribus; sed postremo sic legitur: Laetus sum laudari, inquit Hector, opinor apud Naevium, abs te, pater, a laudato viro; nisi distinguendum sit post opinor, ut de eo tantum Cicero dubitaverit, utrum Hector, an alius quispiam, haec dicat; a qua sententia non abhorreo. — 19. Vossii Priscianus MS. disertim: Naevius in Hectore proficiscente: Tum ipsos ador., nequis hinc Sp. r. n. Sed nemo praeterea veterum hanc fabulam laudavit. Veneta ed. anni 1476: Naevius in Hectore: Proficiscente tum etc., unde V.: Proficiscentes tum etc. nec dubitandum, quin proficiscentes exarare voluerit librarius; verum explicatio haec est verbi Ipsos. Suasit quidam, ut Trojani adorirentur Graecos domum proficiscentes, de quo non semel illi intempestive cogitarunt. Scriver.: H. proficiscente tunc ipsos ador., ne quis hanc Sp. r. n. Putsch.: Naevius in III. Hectore pr. tunc i. a., nequis hinc S. r. n. — 20. Varro in vulgatis libris: Quare et signum candens in Hectore. Sed Scal.: „Quare, ut s. c. in pectore.] A qua re s. candens in pecore. Virg.: et nomina gentis inurat. Instrumentum, quo perurunt, dicitur character rei rust. auctoribus. — Qui hic emendarunt in Hectore, non mihi satisfaciunt.

Ut Medeam, sic etiam *Hecubam* bis edidisse Euripidem, ab Aristophane Comicisque poëtis sugillatum, probare conatur Frid. Osannus, Analectorum crit. capite 7, sed admodum infirmis argumentis duplicium aliquot lectionum, vel locorum, quae hodie non reperiuntur in apographis, quibus harumque similibus ratiunculis minime concludendum est, tota opera sua scriptores refinxisse, quo raro opus est; verum id tantum efficitur, vel ipsos nonnulla,

Digitized by Google

1.

O magna templa coelitum, commista stellis splendidis! i. t.
Varr. lib. 6, 81. Bipont.

2.

Sed nunquam scripstis, qui parentem aut hospitem i. s.
Necasset, quo quis cruciatu perbiteret.
N. v. perbitere.

3.

Heu me miserum, interii: pergunt lavere sanguen sanguine. t. t. c.
N. v. lavere.

4.

Jupiter, tibi, summe, tandem male re gestâ gratulor. t. t. c.
N. v. gratulari.

5.

Vide hunc, meae in quem lacrumae guttatim cadunt! i. s.
N. v. guttatim.

6.

— — Miserete manûs: a. d.
Date ferrum, qui me animâ privem!
N. v. Miserete.

ut fit, progressu temporis mutasse atque emendasse, vel librarios minus curiosos similia pro similibus verba posuisse, vel etiam integriora extitisse olim unius ejusdemque recensionis exemplaria. „Ennium," inquit, „recensione, quae a superstite nostra differat, usum esse, docent fabulae fragmenta a contextibus Graecis tantopere saepe discrepantia;" quasi non constaret, libere Latinos vertisse Graeca, neque eadem semper seu verba seu metra reddere studuisse. Sed totam eam rem nuper in Tatio, qua solet, sagacitate atque eruditione persecutus est Jacobsius, ad cujus librum remitto lectores. Hecubae Ennianae *fragmento* 1. Osann. haec adscripsit: „Euripides v. 68. ὦ στερωπὰ Διός, ὦ ἀκοτία νύξ." Scilicet haec ante oculos habuit Ennius, cum sua scriberet; sed nemo sanus vel fidam hanc interpretationem dicat, vel aliud Euripideae fabulae exemplar versasse latinum Tragicum suspicetur. Et ejusmodi totum id est genus. — 2. Eurip. Hec. 1237:

Τάχ' οὖν παρ' ὑμῖν ῥᾴδιον ξενοκτονεῖν.

Notarunt Osannus aliique. — 3. Frustra Delr. Scriv. miseram. Dicit haec Polymestor post erutos sibi oculos, liberosque interfectos, ut monet V. Cf. Eurip. Hec. 1119. seqq. — 4. Oxymorum Hecubae, opinor, ita compellantis atque accusantis Jovem, quod Trojam everti passus fuerit. — 5. Eurip., monente Mercero (Hecub. 750.):

Ὁρᾷς νεκρὸν τόνδ', οὗ καταστάζω δακρύ.

Ipse tamen ap. Nonium: V., hinc m., inquam, l. g. c., et sic fere libri vett., unde Delr. et V.: V. hanc, m. in quam l. g. c., ut Polyxena intelligatur. Sed recte Scriver., quem sequor. — 6. Miserete manûs meae inermis: armate eam. Frustra malunt

Digitized by Google

7.

Haec tametsi pervorse dices, facile Achivos flexeris: t. t. c.
Nam opulenti quom loquuntur pariter atque ignobiles,
Eadem dicta eademque oratio aequa non aeque valet.
Gell. 11, 4.

8.

Quae tibi in concubio verecunde et modice morem gerit. t. t. c.
N. v. modicum.

9.

Undantem salum.
N. v. salum.

10.

Senex sum: utinam mortem oppetam, priusquam evenat, i. s.
Quod in pauperie meâ senex graviter gemam!
N. vv. evenat et pauperies.

M. mei anns, M. mei anuis. Verba sunt Hecubae ob ereptam Polyxenam lamentantis, ut monet V. — 7. Expressit Hecubae Eurip. 293. seqq. Codd. 2. Lugdun. non tu etsi, quod ceteri, sed habent tametsi, quod praetuli cum Osanno l. l. p. 136. Deinde libri: Nam cum opul., quod ferri possit non elisо cum; sed praestat scribi, verbis transpositis, secundum Porsonum atque Hermannum, Nam op. cum etc. Nam sub ictu positum non liquescit, neque opus est ut ponatur Namque, quod certatim invexere. Opulenti sunt Ennio, qui Euripidi δοκοῦντες. — 8. Ex Euripide (Hecub. 815. seqq.) satis apparet, haec ab Hecuba ad Agamemnonem dici de filia sua Cassandra. V. Tibi cum praepositione coalescit in unam syllabam, metri causa. — 9. Exemplum salus pro salum usurpati a priscis genere masculino. Comparant Euripidea ἐς οἶδμ' ἁλός, ἅλιον ἐπ' οἶδμα Hec. 26, 637. — 10. Verba Talthybii praeconis ad Hecubam, Eurip. Hecub. 497, sequ. Vocabula Quod in pronuntianda sunt μονοσυλλάβως. Ceterum utroque loco N. dilucide evenat, quod pro eveniat accipiendum esse monet priore. Cujus pariter atque recentiorum criticorum, quotquot haec tractarunt, auctoritatem contemnens Osannus l. l. p. 134: „Pro evenat," inquit, „quod nihili est, legendum esse eveniat, jam intellexit Vossius Castigat. in vet. trag. p. 29." Vide hominis temeritatem, Vossium, ceteroquin eruditissimum, sequentis in re metrica, cujus ignarum illum fuisse, pro ingenio istius aevi, quaevis propemodum viri in haec fragmenta ostendit annotatio. Sic igitur ille et hoc loco ponit eveniat, et Plaut. Curc. 39, Trin. 19, itemque extremo jambico senario adveniat Pseud. 1027, perveniant Trin. 72, ubi ipse codex Camerarii vetus habuit pervenat. Truculenti v. 645. mordicus retinet commoveo, mutatum illud pridem in commeo a Camerario et Pareo. Pejusque etiam Asin. 757 et 759. verba propitiam et propitius habet pro choriambicis, elisa posteriore i littera pronuntiandis, cum prima eorum verborum syllaba brevis sit, sicut apud Senecam Agam. 401. alibique passim. Ad risum autem est, quod versus illos apud

Digitized by Google

11.

Extemplo acceptum me necato et filium. i. s.
Varro de L. L. 6. p. 68.

12.

— Pol mihi fortuna magis nunc defit quam genus: t. t. c.
Namque regnum suppetebat mî, ut scias, quanto e loco,
Quantis opibus, quibu' de rebus lapsa fortuna accidat.
Cic. Tusc. Qu. 3, 19.

13.

Ex opibus summis opis egens, Hector, tuae. i. s.
Ibid.

14.

Heu, reliquias semiassi regis, denudatis ossibus, i. t.
Per terram sanie delibutam foede divexarier!
Ibid. 1, 44.

15.

Adsum atque advenio Acherunte vix via alta atque ardua, t. t. c.
Per speluncas saxis structas asperis, pendentibus,
Maximis, ubi rigida constat crassa caligo Inferûm.
Ibid. 1, 16.

Ciceronem de Div. 1, 50. ita scribendos esse existimat, in trisyllaba scilicet contractis verbis judicio et adveniet:

Eheu, videte: judicavit inclytum
Judicium inter deas tres aliquis; quo judicio
Lacedaemonia mulier, furiarum una, advenict.

En senarios Osannianos! Qui si cui forte minus placebunt, ei auctor sum ut locum sic emendet, expunctis interpretationibus:

Eheu, videte! Judicavit inclytum
Judicium tres inter deas, quo judice
Lacaena mulier, una Furiarum, advenit.

Elegans est verbi advenit usus pro futuro, decetque vatem, praesentia omnia se putantem conspicere. Sed de deverticulo in viam. — 11. Libri: Etiam inde idem illud enim extemplo etc., ex quo exsculpsit Scal.: Etiam indidem illud Ennii: Extemplo etc. Malim autem arreptam et filiam. Hecuba ap. Eurip. Hec. 591:

Τμεῖς δέ μ' ἀλλὰ θυγατρὶ συμφονεύσατε.

Litterae a et u saepe inter se commutantur. Dubitabat Scriver., an et hoc fragm. et sequentia vel alio, vel ad Ennii Andromachen, referenda essent. Qui et hic posuit ejus fabulae fr. 4. — 12. Haec certe Hecubae magis conveniunt quam Andromachae, cui non suppetebat regnum. — 15. Cf. Eurip. Hecub. 1. sequ. Magnam fuisse veterum in transferendis Graecis libertatem monet etiam V. in nota ad fr. 7. Legebatur olim et crassa, merito improbante eodem viro docto. Saepe enim, inquit, veteres uni substantivo duo jungebant adjectiva, ut in commentariis de Lingua Lat. contra Servium ostendimus. —

Digitized by Google

16.

Unde animae excitantur obscura umbra, aperto alti ostio t. t. c.
Acheruntis, falso sanguine mortuorum imagines. Ibid.

17.

Probae etsi in segetem sunt deteriorem datae i. s.
Fruges, tamen ipsae suapte natura enitent. Ibid. 2, 5.

18.

Nimium boni est, t. t. c.
Cui nihil est mali. Cic. de Fin. bon. et mal. 2, 13.

ILIONA.

1.

Mater, te adpello. Tu, quae curam somno suspensam levas, i. t.
Neque te mei miseret, surge et sepeli gnatum.
Cic. Tusc. Qu. 1, 44. Acad. Qu. 4, 27. Porphyr. in Hor. Sat. 2, 3, 62.

16. Legitur aperto ostio Alti Acherontis, trepidantibus metricis, cum Acheruns primam saepe porrectam habeat apud antiquiores, velut Plaut. Amph. 877, Most. 487, et apud ipsum Ennium proximo fragmento. Trajectione igitur verborum res conficitur, nec quidquam durius tentandum, quod quidam faciunt. Rectum quoque falso sanguine, fallunturque Columna et qui auscultantes ei plurimi obtrudunt salso sanguine. V.: Imagines, inquit, mortuorum dicit falso sanguine, quia non sunt id, quod videntur: quippe exsangues umbrae duntaxat. Neque aliter Doederlein. Specim. novae ed. Sophoclis p. 103. Quem male reprehendens Osann. l. l. p. 133. salsum sanguinem veteres tribuisse ait mortuis, idque probatum it locis, quales sunt Ennii Cresphonte ap. Macrob. Sat. 6, 2. (Nec terram injicere etc.) et Attii Epinausimache ap. Non. v. amnem (Scamandriam undam etc.), in quibus locis recens mortuorum sive interfectorum dicitur sanguis, non animarum, quae exsangues sunt, ut scribit V., avideque sanguinem appetunt apud Homerum in Νεκυίᾳ non aliam ob causam, quam ut impleantur eo, quo carent, ad vitam maxime necessario. Salsus autem sanguis dicitur, ut sudor, lacrimae. — 17. Ita Muret. et Wolfius. Vulgo: Etsi in seg. sunt det. datae, quasi hoc reliquerit Ennius Etsi indu seg. etc. Attio tribuit Cic.; sed V.: „Ex Euripide constat, esse Hecubae (592. seqq.) verba, cum audisset, quam fortiter mortem oppetisset gnata. Hacpropter tum Ennii, tum ex Hecuba esse, credibile est: etsi neutrum Cic. dicat.“ — 18. Eurip. Hec. 627: Κεῖνος ὀλβιώτατος,

Ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.

Quibus verbis orationem hac de re suam finit Hecuba. Cf. laudatum Vossio Muretum Var. Lect. 5, 13.

Ilionae fr. 1. Dicit haec umbra Polydori. V. Perperam Scriver. suspenso. Poëtae nomen nusquam memoratur.

Digitized by Google

2.

— — — Age, i. s.
Adsta, mane, audi; iteradum eadem istaec mihi.

Cic. Acad. Qu. l. l.

IPHIGENIA.

1.

Agamemnon. Quid nocti' videtur? *Senex.* In altisono a. d.
Coeli clupeo superat temo a. d.
Stellas, sublime cogens etiam
Atque etiam noctis iter.

Varro de L. L. 4. p. 8.; 6, 94. Fest. v. *septentriones* p. 499, 1. Fragm. p. 68, 17.

2.

Procede; gradum proferre pedum a. d.
Nitere. Cessas?

F. v. pedum, p. 332, 6. Fr. 29.

2. Legitur metro jugulato eadem et ista mihi. Recte V.: istaec, sed ne copula quidem ferenda est. Quae habentur apud Delr., cui H. Stephanus imposuit, tanquam ex Iliona petita, haec (Ilia, dia) nepos, quas aerumnas tetulisti? pertinent ad Annal. 1. edit. Hessel. p. 13, ut monet secundum Hadrian. Junium et Vossium W. Laudant Non. v. Nepos aliique. De argumento fabulae cf. Pacuvii cognominem.

Iphigeniae fr. 1. Vulgo: temo sup., sed Fest. ut nos, qua ratione vitatur vocum continuarum homoeoteleuton. Et Ennium autem nominat priore loco Varro, et Agamemnoni tribuit, quae ibi leguntur, verba In alt. c. clupeo; id quod fugit Vossium, cum locum hunc ad Naevium referret, ut monet W. Pejus etiam fecit Delr., qui incertis Incertorum fragmentis annumeraverit Syntagm. Trag. lat. p. 157. Personas distinxit V. ex Euripidis Iphig., cujus hoc ipsum est principium, libere expressum. Ceterum graecam tragoediam bis editam fuisse a poëta, Enniumque (id quod fieri consentaneum fuit) alteram eamque emendatam ejus recensionem latine vertisse, non male ostendere conatur Boekhius in libro, qui sic inscriptus est: Graecae tragoediae principum Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, num ea, quae supersunt, et genuina omnia sint, et forma primitiva servata, an eorum familiis aliquod debeat ex iis tribui, Heidelb. 1808. Vid. libri cap. 22. pagg. 279. seqq. Notavit W. Edunt, e Scaligeri sententia, cogens sublime et itiner. Hoc probo, illud minus, sed malim cum Turnebo sublimis agens, cumque jam noctis non sit intelligendum iter, sed temonis sive septentrionum, scribam, expuncto glossemate:

— — *In altisono*
Coeli clupeo superat temo
Stellas, sublimis agens itiner
Etiam atque etiam.

Etiam atque etiam agere suum iter dicuntur septentriones, h. e. procedente nocte altius altiusque in coelum ascendere, cum aliae stellae occidant. — 2. Cf. Eurip. Iphig. in Aul. 158, 9. Eidem seni dicit Agamemnon. —

Digitized by Google

3.

Acheruntem obibo, ubi Mortis thesauri objacent. i. s.
Idem v. Ob, p. 293, 13.

4.

— — — — Otio qui nescit uti*er*, t. t. c.
Plus negoti habet quam cum est negotium in negotio:
Nam cui, quod agat, institutum est, nullo*d is* negotio,
Id agit*at*, studet ibi, mentem atque animum delectat suum.
Otio*d* in otioso animus nescit, quid velit.
Hoc *hâc it*idem est, neque domi nunc nos nec militiae sumus;
Imus huc, hinc illuc; cum illuc ventum est, ire illinc lubet;
Incerte errat animus; praeterpropter vita vivitur.
Gell. 19, 10.

5.

Menelaus me objurgat; id meis rebus regimen rest*it*at. t. t. c.
Rufinian. de Figuris sententiarum et elocutionis.

6.

Ut ego plectar, quod tu peccas, tu delinquis? ego arguar t. t. c.

3. Loquitur Iphig. Cf. Eurip. Iphig. in Aul. v. 1385. thesauri. Scal. ad Fest. Favissas: Non est, inquit, dubium, quin Graeci vocarint θησαυρούς ea loca, etc. Cf. Varr. ap. Gell. 11, 10. Orcinum thesaurum similiter dixit Naevius in epitaphio. W. — 4. Verba haec chori esse, aperte dicit Agellius (Gellius). Chorum vero istum non ex mulieribus constitisse, sed ex militibus, verba illa planum facient neque domi nunc nos, nec militiae sumus. Quare colligimus, milites, cum ob maris malaciam Aulide morarentur, hunc in modum de otio fuisse conquestos, quod negotio ipso molestius foret. V. Legitur vulgo uti, negotii (unde V.:

Otio qui nescit uti, plus habet negotii,

perperam quidem, cum ista forma genitivi ab Enniano seculo abhorreat), nullo negotio, Id agit, Otioso in otio, Hoc idem est. Emendationes nostrae nec durae sunt, et a metro sententiaque ipsa requiruntur. Pro arbitrio Grotius ante ista quam cum est negotium, a quibus incipit versus in vulgatis libris, inserebat verba Otii minus, ad integrandos scilicet numeros. Quem male sequitur V., eodemque modo totum locum interpolat, ut videre licet apud ipsum. Id tamen bene monet, legi in quibusdam libris institutum est, in illo negotio, unde faciendum sit is nullo neg. Vocabulum otioso in commissura positum versus non eliditur. — 5. Agamemnonis verba, uti et, quae sequuntur, irascentis fratri, quod is suo tantum ipsius commodo per omnia studeat. Vulgatum restat emendavit Bentl. Opusc. pag. 488. Cf. Eurip. Iphig. Aulid. 331. — 6. Libri plector (prolector, proiector), arguor. Ibidem correxit Bentl. Cf. Eurip. l. l. 378. seqq. —

Digitized by Google

Pro malefactis? Helena redeat, virgo pereat innocens?
Tua reconcilietur uxor, mea necetur filia?
Ibidem.

7.

Plebes in hoc regi loco antestat: licet i. s.
Lacrumare plebi, regi honeste non licet.
S. Hieronymus epitaphio Nepotiani.

8.

Quae nunc abs te viduae et vastae virgines sunt.
Serv. Fuld. in Aen. 1, 52.

MEDEA.

1.

Utinam ne in nemore Pelio securibus i. s.
Caesa accidisset abiegna ad terram trabes,
Neve inde navis inchoandae exordium
Cepisset, quae nunc nominatur nomine
Argo, quâ vecti Argivi delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis, imperio regis Peliae, per dolum;
Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem
Medea, animo aegra, amore saevo saucia.
Varr. l. 6. p. 71. Cic. de Inv. 1, 49. de N. D. 3, 30. de Fato 15. Tusc. 1, 20. Rhet. ad Herenn. 2, 22. Prisc. 7. p. 751. et de verss. comm. p. 1325.

7. Legitur deteriore numero: Pl. in hoc regi antestat loco. Cf. Eurip. l. l. 447. seqq. Haec quoque Agamemnon. — 8. Sic maritum increpat Clytaemnestra propter susceptum ab eo bellum Trojanum.

Medeae historia notissima ex Hygino aliisque. Ennianae fabulae fragmenta collegerunt Henr. Planck, Phil. Dr. etc. peculiari libello Academico, qui excusus est 134 paginis quaternariis, Gott. 1807, et Osannus Analectorum crit. cap. 6. *Fragm.* 1. Memoriter Non. v. Efferre p. 297: Utinam ne unquam Medea Colchis cupido corde pedem extulisses. Memoriter item scriptor codicis Rhetoricorum ad Herenn., qui codex pertinet ad bibliothecam Kaas-Lehnianam in Lollandia (cf. Osanni Analect. crit. p. 107.), 2, 22: Utinam ne hera errans Medea efferret pedem domo mea animo egra saucia amore, ubi vulgati libri recte:

Utinam ne hera errans mea domo efferret pedem Medea.

Horum versuum 4. nonnihil offensus ὁμοιοτελεύτῳ, si legeretur alicubi Argivûm, id recipiendum in ordinem existimarem. Respondet autem hisce Medeae Euripideae principium. —

Digitized by Google

2.

Antiqua herilis fida custos corporis, i. s.
Quid sic extra aedes exanimata eliminas?
N. v. Eliminare, p. 39.

3.

Cupido cepit miseram nunc me proloqui i. s.
Coelo atque terrae Medeai miserias.
Cic. Tusc. Quaest. 3, 26.

4.

Ter sub armis malim vitam cernere quam semel modo t. t. c.
Parere.
Varro de L. L. 5. p. 60. N. v. cernere.

5.

Quis tu es, mulier, quae me insueto nuncupasti nomine? t. t. c.
Ibid. p. 56. N. v. cuis p. 197. Diomed. 2. p. 447. etc.
Vid. Osann. Analect. crit. p. 124.

6.

Jupiter, tuque adeo, summe Sol, res omnes qui inspicis, t. t. c.
Quique lumine tuo maria coelum ac terras contues,
Inspice hoc facinus, priusquam fiat; prohibessis scelus.
Probus ad Virg. Eclog. 6, 31.

7.

Si te secundo lumine hic obfendero, i. s.
Moriere.
Cic. or. pro Rabir. Post. 11. Epist. ad Atticum 7, 26.

8.

Animum advorte. Dicto pare. Praeter rogitatum si quidpiam.
Cic. pro Rabirio Post. 11.

1. Non. Merceri, Delr., Scriver. Porson.: Quid sic te extra etc., recte illi quoque. Rutgers. Var. Lect. 6, 1: — exanima te elim.? Secuti nos sumus H. Stephanum et Osannum l. l. ad fr. 5. p. 108. Cf. Med. Eurip. 48. seqq. — 3. Med. Eurip. 56, 57. Libri jugulato versu Medeae. Pridem Erasmus emendaverat. — 4. Perperam Delr. Scriver. Porson.: Nam ter etc., neque opus scribi cum Britanno: semel quam modo, et parire cum eodem et Osanno. Ceterum cf. Med. Eurip. 252. sequ. — 5. Exemplum pronominis Quis pro Quae usurpati. — 6. Legitur vulgo mare, contines, prohibe, quorum primum et postremum metro officiunt, medium ineptum est. Recte igitur, nisi fallor, Osannus maria, V. contues, nos prohibessis, quod cessit interpretationi. De sententia cf. Euripidem Med. 1246. seqq. — 7. Vide ibid. 533. seqq. et cf. fragm. 8. — 8. Cic.: Nemo nostrum ignorat, etiamsi experti non sumus, consuetudinem regiam. Regum autem haec sunt imperia Animadverte, et Dicto pare, et Pr. rog. si qu., et illae minae Si te secundo etc. Cf. fragm. 7. Delr. et Scriv. nescio qua auctoritate: Praeter rog. ne querare, quod profecto nihil est. —

Digitized by Google

9.

Adsta atque Athenas, antiquom opulentum oppidum, i. s.
Contempla: et templum Cereris ad laevam adspice!
Varr. l. 6. p. 67. ed. Durdrecht, et N. in contempla.

10.

Quae Corinthi altam arcem habetis, matronae opulentae optumates, t. t.
Nobis ne vitio vortatis *hoc*, quod à patria absumus: nam
Multi suam rem bene gessere et publicam patriâ procul; t. t. c.
Multi, qui domi aetatem agerent, propterea suut improbati. t. t.
Cic. ad Famil. epist. 7, 6.

11.

— — Salvete, optima corpora! t. t. c.
Cette manus vestras, measque accipite!
N. v. Cette.

12.

Quo nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi? i. s.
Domum paternamne, anne ad Peliae filias?
Cic. de Orat. l. 3, 58.

13.

Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit. t. t. c.
Cic. ad Famil. ep. 7, 6. et de Off. 3, 15.

9. Conferunt cum hisce Planck. et Osann. Euripidis verba Med. 769:

Μολόντες ἄστυ καὶ τόλισμα παλλάδος.

Ita similitudines captari solent in hoc genere. — 10. Tullius: Hoc tibi jam ignoscemus nos amici, cum ignoverint Medeae, quae Corinthum arcem altam habebant matronae op. opt.; quibus illa manibus gypsatissimis persuasit, ne sibi vitio illae verterent, quod abesset a patria. Nam multi etc. Legendum: inanibus gypsatissimis, id est valde fucatis. Tac. Ann. 2, 76: neque suspiciones imbecillas aut inania famae pertimescenda. In his non ita difficile est manum poëtae agnoscere; nec recte nonnemo reprehendit viros doctos, qui versus Ennii restituere conati sunt. Bene secundum V. Scriv.: habetis, qui et Corinthi dedit (ex libris, puto,) pro vulgato Corinthum, merito probante Porsono in notatis ad Med. Eurip. 216. seqq., quibus versibus hi respondent. — 11. Recte Planck. corpora liberorum Medeae interpretatur. Personas περιφράζουσι verbis σῶμα et corpus, neque scribendum est pignora cum H. Stephano et Osanno Analect. crit. p. 120. sequ. Cf. Eurip. Med. 1065. sequ. — 12. Eurip. Med. 502. seqq. Notavit Porson. — 13. Euripides Medeae priore recensione:

Μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.

Digitized by Google

14.

Sol, qui candentem in coelo sublimas facem. i. s.
N. v. sublimare.

15.

Postquam pater t. t. c.
Adpropinquat, quamque paene ut comprehendatur parat,
Puerum interea obtruncat, membraque articulatim dividit,
Perque agros passim dispergit corpus; id eâ gratiâ,
Ut, dum nati dissipatos artus captaret parens,
Ipsa interea effugeret, illum ut moeror tardaret sequi,
Sibi salutem ut familiari pareret parricidio.
Cic. de Nat. d. 3, 26.

16.

Neque tuum unquam in gremium extollas liberorum ex te genus. t. t. c.
Id. Orat. 46.

17.

Fructus verborum aures aucupant.
N. v. aucupavi.

18.

Tu me amoris mage quam honoris servavisti gratiâ. t. t. c.
Cic. Tusc. 4, 32.

19.

Nequaquam istuc istac ibit: magna inest certatio. t. t. c.
Nam ut ego illis supplicarem tanta blandiloquentia?
Idem de Nat. d. 3, 25.

Vid. Boekh. de Trag. graec. princ. p. 171. Fertur hic versus etiam inter Menandreos: cf. interpp. Terentii ad Heaut. 5, 1, 50. — 14. qui codex Guelferbyt., Gothofred. Perperam Mercer. qua. Sublimat Delr. Scriv.; sublimas libri Noniani. Conferunt Med. Eurip. 1254. (Ἀλλά νιν, ὦ φάος διογενὲς, κάτειργε). — 15. Recte ista huc retulit Osann. Analect. crit. p. 125, quibus graeca respondisse putat in priore Medeae Eurip. recensione. — 16. Cf. Eurip. 799. sequ. — 17. Sic plane Non., nec video, cur Fluctus scribendum sit, vel cum Delrione aucupavit. Utrumque tamen probat Osann. Anal. crit. p. 114. sequ. et de se addit auris pro aures, quibus omnibus commentis non est quod sincerum vas, ut ait Venusinus poëta, incrustemus. Idem Osannus hisce similia putat ista Euripidis Med. 131.: Ἔκλυον φωνάν, ἔκλυον δὲ βοάν. — 18. Eurip. Med. 530. sequ. — 19. Scribendum puto Nequaquam istuc sic abibit. Terent. Andr. 1, 2, 4: Mirabar, hoc si sic abiret, h. e. impune. Catull. 14: Non, non hoc tibi, salse, sic abibit. Seneca Herc. fur. 27: Non sic abibunt odia etc. Ciceronis loco Medeae nomen pro Niobes ponendum esse, Kindervaterus aliique intellexerunt. Cf. Eurip. Med. 366. seqq. —

Digitized by Google

20.

Ille transversa mente mi hodie tradidit repagula, t. t. c.
Quibus ego iram omnem recludam atque illi perniciem dabo;
Mihi moerores, illi luctum; exitium illi, exilium mihi.
Ibid. 26.

21.

Angues ingentes alites, juncti jugo.
Cic. de Invent. 1, 19.

MEDUS.

Coelitum camilla, expectata advenis: salve, hospita. t. t. c.
Varro de L. L. 6. p. 71. ed. Durdr.

MELANIPPA, al. MELANIPPUS.

1.

Regnum nostrum sospitent superstitentque. t.
N. v. v. sospitent et superstitent.

2.

Mi ausculta, nate, pueros cremari jube.
N. v. auscultare.

20. Corripiendum Ille, vel scribendum est Is, ut versus stet recto talo. Eurip. Med. 400:

Πικρους ἐγω σφι καὶ λυγρους θησω γαμους etc.

— 21. Versus neque scriptoris neque fabulae addito nomine laudatus a Cicerone; quem versum jure huc referre mihi videor, cum celeberrimi sint dracones, quibus currui junctis invecta per aërem dicitur Medea. Noti etiam Triptolemi angues jugales, fateor; sed eam fabulam non videntur attigisse Tragici latini.

Medi fragm. Iridem dicere videtur, sed quis et qua occasione, obscurum est. De argumento vide notata ad Pacuvii fabulam cognominem. Intelligendus autem ille Medus, qui vel Jasonis vel Aegei ex Medea filius fuit, de quo vidd. Apollod. 1, 9, §. 28, Pausan. Corinth. c. 5; qui et Medeus (Μηδειος, Hesiod. Theog. 1000.) appellatur.

Melanippae fr. 1. Argumentum tragoediae, quod, Euripidis ingenio nobilitatum, Attius quoque usurpavit, cuique simile est, quod narratur de Telepho et nunc de Genoveva. Sermo autem hic haud dubie est de Melanippae filiis, quos pro suis supposuit Theano, Metaponti regis uxor. Vid. Hygin. fab. 186. — 2. Intelligendi Melanippae filii, quos ab suis interfici vult Theano inter venandum, auxilium ferente Neptuno soboli suae. Sed cremari pueros cur jubeat mulier, difficile dictu est, neque fert eam vocem versus, nisi vel ponatur crenitari, quod verbum inusitatum, quamvis frequentativa pro simplicibus saepe veteres usurparint, vel scribatur, vocabulis transpositis, pueros jube cremarier. Nam duriusculam sit facere, inverso ordine verborum, *Pueros cremari jubet, nate, ausculta mihi.* Latet fortasse aliquid. —

Digitized by Google

3.

— Certo hic est nullum, quin monstrum siet. i. s.
Hoc ego tibi dico et conjecturâ auguro.
N. v. auguro.

4.

Cum saxum scisciderit.
Prisc. de v. scindo. lib. 10. p. 890.

5.

Lumine sic tremulo terra et cava coerula candent. hex. her.
Macr. S. 6, 4.

6.

Statâ formâ.
Gell. 5, 11. extremo.

NEMEA.

1.

Teneor consipta, undique venor. a. d.
Non. v. venor.

2.

Pecudi dare i. s.
Viam marito.
Prisc. l. 5. p. 659.

5. Dixerit haec Metapontus, Icariae rex, postquam comperit, lac dedisse vaccam Melanippae filiis, ipsique excoecatae jussu patris visum reddidisse Neptunum, a quo compressa fuerat; quam deinde uxorem duxit Metapontus, filiosque adoptavit. — 4. sciscideris. Exemplum ejus formae. — 5. Verba, nisi fallor, gaudentis Melanippae. — 6. Quod tali praeditam Melanippam forma videret Metapontus, fortasse petivit eam sibi in matrimonium: quam formam, ut ait Gell., modicam et modestam Favorinus non mehercle inscite appellabat uxoriam. (Vitiose scribitur Menalippa: vid. Muncker. ad Hygin. l. l.)

Nemeae fr. 1. De Nemea, Asopi filia, quam Jupiter amavit, nec tamen potiri ea potuit, vid. Natalis Comes lib. 8, cap. 13. Non est ponendum consepta, quod quidam volunt: nam Ennianum verbum est consiptum, auctore Festo ea voce, ut monet V. Prisc. lib. 8. p. 794: „Similiter protulerunt tam in activa quam in passiva significatione tutor, vador, venor, velificor," etc. Quo loco praepositionem utrobique delendam puto, tanquam ortam ex m littera praegressa, ut passim factum. Frustra Non.: Venor, circumvenior. — 2. Legitur in ed. Putsch. et ap. ipsum Scriver.: viva, sed in Vossii Prisciano MS. viam, et vivam in Veteri Veneta, ex quo verbo Scriver. faciebat viram. Explicari viam potest, viva non potest; viram ταυτολογίαν sapit.

Digitized by Google

NEOPTOLEMUS.

Philosophandum est; sed paucis: nam omnino haud placet. i.s. Gell. lib. 5. capp. 15; 16. Cf. Cic. Tusc. Qu. 2. principio. De Orat. 2, 37.

PHOENIX.

1.

Sed virum virtute vera vivere animatum addecet, t. t. c.
Fortiterque innoxium vacare ad adversarios.
Ea libertas est, qui pectus purum et firmum gestitat;
Aliae res obnoxiosae nocte in obscurâ latent.
Gell. 7, 17.

2.

Quam tibi ex ore orationem duriter dictis dedit! t. t. c.
Charis. p. 178. et N. v. duriter.

3.

Ibi tum derepente ex alto in altum despexit mare, t. t. c.
N. v. derepente.

Neoptolemi fr. Cic. l. priore: Neoptolemus quidem apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis: nam omnino haud placere. Non habetur sed in vulgatis libris. Sententia non omnino, sed requirere videtur nimio, h. e. valde ap. antiquos illos.

Phoenicis fr. 1. De Phoenice, qui Achillem educavit, vidd. Homer. Il. 9, 447. seqq., Apollod. 3, 12, Hygin. fab. 157. aliique. Extant fabularum sic inscriptarum fragmenta Sophocleae paucissima, plura Euripideae. De Sophocleo dramate haec tantum Athen. 2, 70, a: ΚΙΝΑΡΑ. Ταύτην Σοφοκλῆς ἐν Κολχίσι κυνάραν καλεῖ· ἐν δὲ Φοίνιξι κύναρον·

Κύναρος ἅπανθα πάντα πληθύει γύην.

Eubulo autem, de quo dictum ad Livii Tereum, quicumque tragoediam affingit, risum debet doctis. Cujus quidem Comici ex Phoenice versus extat ap. Athen. 9, p. 397, b. hic:

Καὶ γὰρ ὁ ταὼς διὰ τὸ στάνιον θαυμάζεται.

Ob raritatem pavus est miraculo.

Legitur autem vac. adversus adversarios et obnoxiae, utrumque contra metrum. Ad pro adversus eleganter dicitur. Quod ante Fort. habent vetusti codd., teste V., adjecit, natum videtur ex praegresso addecet. Sic defendere se videtur Phoenix a criminationibus Clytiae novercae. — 2. Haec inficeta sunt, nec carent suspicione depravationis. Mediol.:

* *Quam tibi orationem ex orâ duriter dictis dedi.*

Quod probat V. Ex ora, inquit, maritima sermo ille fiebat. Nam agitur de iis, qui mari se dabant, ut sequens indicat fragmentum Ibi tum etc. Legi possit Quâ tibi exoro? Rationem duriter dictis dedit. Quae nescio quis responderit Phoenici, precato, ut crimina sua purget apud patrem. Rationem, causam, cur severe puniendus videatur Amyntori, patri, Phoenix. —

Digitized by Google

4.

Saeviter suspicionem ferre falsam, futilum est. t. t. c.
N. v. saeviter.

5.

Ut quod factum est futile, amici vos feratis fortiter. t. t. c.
N. v. futile.

6.

Stultust, qui cupida cupiens cupienter cupit. i. s.
N. v. cupienter.

7.

Plus miser sim, si scelestum faxim quod dicam fore. i. s.
N. v. faxim.

8.

Tum tu isti crede, atque exerce linguam, ut argutarier Possis.
N. v. argutari.

SCIPIO.

1.

— Qui propter Hannibâlis copias considerant. t. t. c.
Gell. 4, 7.

4. Ita, ni fallor, amicus ille Phoenicis apud Amyntorem. Frustra sunt, qui legunt suspectionem metri causa: nam suspicio secundam habet longam. — 5. Verba fortasse Chironis ad amicos Phoenicem et Peleum. Futile, male. — 6. Qui cupida, h. e. sui cupientes, se amantes, cupit redamatque, non est stultus, sed is, qui incupida. Sic itaque scribendum censeo, usurpata voce Afraniana. Videtur sic aliquis dissuadere Clytiae amorem Phoenicis, ut a quo ipsa despiciatur. — 7. Quod placet Mercero, Scriverio, Vossio, legiturque in MSS., scelestim, dictum videtur viris doctis, ut arctim, cautim, disertim, exquisitim, sed offendit soloecismo: nam oratio haec est: si faxim (id), quod dicam fore scelestum. Scelestum vett. edd. — 8. Libri vett.: credere. Scribam itaque:

Tutum isti credere, atque exerce linguam, ut argutarier i. t.
Possis.

Isti, Phoenici, cui Achillem filium instituendum tradens dicere haec videtur Peleus. — De Ennii Protesilao vide ad Naeviani fr. 1.

Scipionis fr. 1. Dubitatur, sintne haec petita ex tragoedia, vel ex praetextata, ut putat Delrio, an ex singulari opere de rebus gestis laudibusque Scipionis Africani, quae est Scriverii sententia. Sed differunt horum singulorum et stilus et metrum, neque ad unum omnia opus referri possunt. Bella Scipionis majoris descripsisse Ennium, sicut Lucilium ejus vitam privatam, auctor est vetus Schol. ad Horat. Serm. 2, 1, 16. De producta syllaba penultima τοῦ Hannibalis vidd. grammatici atque lexicographi. Gellius 4, 7: Valer. Probus grammaticus inter suam aetatem praestanti scientia fuit. Is Hannibalem, Hasdrubalem et Hamilcarem ita pronuntiabat, ut penultimam cir-

Digitized by Google

2.

Sparsis hastis longis campus splandet et horret.

Macr. S. 6, 4.

3.

— Mundus coeli vastus constitit silentio, t. t. c.
Et Neptunus saevus undis asperis pausam dedit;
Sol equis itiner repressit ungulis volántibus;
Constitere amnes perennes, arbores vento vacant.

Ibid. 6, 2.

4.

Desine, Roma, tuos hostes.

Cic. de Orat. 3, 42. De Fin. b. et m. 2, 32.

5.

Testes sunt campi magni.

Cic. de Orat. l. l.

6.

Namque tibi monumenta mei peperere labores. hex. her.

Cic. de Fin. b. et m. 2, 32.

7.

Scipio invicte.

Orat. 45.

8.

Quantam statuam faciet populus Romanus,
Quantam columnam, quae res tuas gestas loquatur?

Trebell. Pollio in Claudio.

cumflecteret; ut est in Epistola ejus scripta ad Marcellum, in qua Plautum et Ennium multosque alios veteres eo modo pronuntiasse affirmat. — 2. Putatur carmen heroïcum; sed tales numeros ne Ennio quidem imputarim, habeamque potius versum pro asynarteto, qui constat ex duobus ithyphallicis, cujus metri non infrequens usus est apud scenicos poëtas. Vid. Conspectus metrorum dramat. C.ª Ceterum similiter, monente W., Enn. Annal. 1. p. 33. Hessel.: hastis Horret ager. Cf. Columna. — 3, 1. Mundus coeli, decus, κόσμος. Versu 3. legitur iter, nimis quidem exili numero. — 4 — 8. Haec ad idem carmen refert Columna, cujus generis plura etiam aliis in locis reperiri suspicatur Scriv. Fragmento 5. simile est, eodem monente, illud Ennii Sat. lib. 3:

Testes sunt
Lati campi, quos gerit Africa terra politos.

— 7. Hiatus admissi ab Ennio unicum, ut ait Cic., exemplum. Cf. Naevii Incert. 18, 19. — 8. Haec haberi possint pro versibus asynartetis ex eorum genere, qui duobus anacreonticis continentur, fueritque tum versus prior ἀκέφαλος, metroque consulueris scribendo poplus et gestas tuas. Sed parum constat, his numeris usum esse Ennium. Quare malim ita scribi:

Quantam statuam faciet populus *Romulus*, quantam columnam, t. t.
Quae res tuas gestas loquatur?

Digitized by Google

TELAMON.

1.

Scibas natum ingenuum Ajacem, quoi tu obsidionem paras. t. t. c.

F. v. obsidionem, p. 296, 20. Sched. p. 86, 21.

2.

Nam ita mihi Telamonis patris atque facies proavi Jovis Gratia ea est, atque hoc lumen candidum claret mihi.

N. v. claret.

3.

More antiquo audibo atque auris tibi contra utendas dabo. t. t. c.

N. v. audibo.

4.

Strata terrae lavere lacrumis vestem squalam et sordidam. t. t. c.

N. v. squalam.

5.

Deum me incendit facere pietas, civium poroet pudor. i. t.

N. v. porcet.

6.

Eandem in me suspicionem scelèris partivit pater. i. t.

N. v. partiret, p. 475.

Magnificum sane et Scipione dignum metrum, ad quod efficiendum nulla opus est mutatione: nam quod scripsimus Romulus pro Romanus, elegans id quidem est, juvatque numeros, sed ferri tamen, praesertim in rudi scriptore, etiam Romanus potest.

Telamon. Ipse et Peleus propter fratris Phoci necem exsularunt: meminit Apollonius et Scholiast. lib. 1. Argonaut. Delr. Vix ad unam haec omnia fabulam referantur. *Fr.* 1. Haec et proxime sequentia pronuntiare putandus est Teucer, cum Agamemnon et Menelaus velut obsidionem pararent Ajaci mortuo, sepulcro arcentes talem virum. — 2. Grotius, restitutis t. t. c.

Nam ita mihi Telamonis patris facies, ac proavi Jovis
Gratia grata est, atque hoc lumen candidum claret mihi.

Quae merito placebant Vossio, qui et recte monet, praeteriisse librarium τὸ grata ob similitudinem vocabuli gratia, quod continuo antecessit. Existimat autem haec dici a Teucro exule. Nobis ita haec sibi grata atque accepta ille dicere videtur, itaque diem sibi lucere, ut sepultum cupiat fratrem Ajacem. — 3. Respondebat haec, nisi fallor, Teucro, causam fratris dicenti, Agamemnon, vel Ulysses. — 4. Recte Scriv. in margine: veste squala et sordida. Verba fortasse haec sunt Tecmessae, vel chori, Ajacis vicem deflentis. — 5. Ita se excusaverit Telamon de eo, quod Teucrum in exilium pepulit propter non vindicatam ab eo Ajacis mortem. Ceterum N.: D. me sentit f. p. Lips.: D. me incendit, probantibus viris doctis. — 6. Verba Tela-

Digitized by Google

7.

Ex eo futurum abnueant.

Diom. lib. 1. p. 378.

8.

Ego cum genui, tum morituros scivi et ei re sustuli; t. t. c.
Praeterea ad Trojam cum misi ob defendendam Graeciam,
Scibam, me in mortiferum bellum, non in epulas, mittere.

Cic. Tusc. Qu. 3, 13.

9.

Hiccine est Telamo ille, modo quem gloria ad coelum
extulit, t. t. c.
Quem adspectabant, cujus ob os Graji ora obvortebant sua?

Ibid. c. 18.

10.

Ego deûm genus esse semper dixi et dico coelitum; t. t. c.
Sed eos non curare opino, quid agat humanum genus:
Nam si curent, bene bonis sit, male malis; quod nunc abest.

Cic. de Div. 2, 50. de Nat. d. 3, 32.

11.

Non habeo denique nauci Marsum augurem,
Non vicanos haruspices, non de circo astrologos,
Non Isiacos conjectores, non interpretes somniûm.
Non enim sunt ii aut scientia aut arte divini,
Sed superstitiosi vates impudentesque harioli; t. t. c.
Aut inertes, aut insani, aut quibus egestas imperat;
Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam;

monis, interfecto fratre Phoco, caedis se fuisse negantis participem. Vid. Pausan. Corinth. c. 29. — 7. abnuebant habet Putschius, incerta conjugatione. Sed 8. Annatium, monente Diomede, Ennius: Certare abnueo. Ceterum ipsa versus ratio suadet abnueant. — 8. Verba Telamonis de Ajace et filiis, accepto nuntio de illius morte. re, rei, quod quidem legitur in vulgatis libris, sed illud metro aptius. Quae mox leguntur apud Scriv., illa Pol mihi fortuna etc., nobis sunt Hecubae fr. 12. — 9. Sic aliquis solatur Telamonem querentem exilium, in quod actus a patre fuit ob caedem Phoci. — 10. Sapiunt ista Euhemerum. Delr. Postremus horum versuum habetur posteriore loco Ciceronis. — 11. Ambigit V., sitne illud denique a Cicerone, an ab Ennio, mirisque machinis non efficit, ut horum versuum quatuor primi haberi possint pro trochaïcis t. c. Scilicet prosa haec est oratio Tullii, et a verbis demum Sed superstitiosi Ennianus incipit locus; quam rem manifestam latuisse viros doctissimos, qui in hisce explicandis operam collocarunt, vehementer miror. Ceterum conjectura tantum, eaque parum firma, haec ad Telamonem Ennii referuntur, neque inepte Scriv. et V. socco quam cothurno digniora existimant. Nos etiam quinque prima horum fragmentorum potius ex fabula de Teucro,

Digitized by Google

Quibu' divitias pollicentur, ab iis drachmam ipsi petunt. De his divitiis sibi deducant drachmam, reddant cetera. Cic. de Div. 1. extremo.

12.

Qui sui quaestus causa fictas suscitant sententias. t. t. c. Ibid. cap. 40.

TELEPHUS.

1.

— Verum quorum liberi leto dati t. t. c.
Sunt in bello, non lubenter haec enodari audiunt.
N. v. enodare.

quales fabulas Sophocles Pacuviusque scripsere, quam de Telamone petita suspicamur; quae fabula continuerit Ajacis mortem, ejusque ducis causam dictam a Teucro coram Atridis, reditumque Teucri in patriam.

Telephi historiâ nulla foecundior tragoediarum, quarum tamen nulla aetatem tulit: vid. Fabricii biblioth. graec. l. 2. c. 16. §. 7. etc. Quod Archilocho quoque hujus nominis fabulam tribuit Delrio, Athenaeus quidem 3, p. 111, c.: Πανὸς, inquit, ἄρτος, Μεσσάπιοι, καὶ τὴν πλησμονὴν πανίαν, καὶ πάνια τὰ πλήσμια, Βλαῖσος ἐν Μεσοτρίβα, καὶ Ἀρχίλοχος ἐν Τηλέφῳ etc. Sed recte Ruhnken. in notis ad Velleji 1, 5, p. 11. ed. Hannoveranae, quae prodiit 1815: „Nec Telephum scripsit Archilochus, nec vocem panis nosse potuit. Legendum Δεινόλοχος ἐν Τηλέφῳ. Grammaticus MS. in Biblioth. Sangerm.: Πιττάκιον εἶπε Δεινόλοχος Τηλέφῳ. Dinolocho, Siculo poëtae, perinde atque Epicharmo, licebat σικελίζειν, i. e. vocibus uti sive Siculis, sive Latinis, panis, pittacium" etc. Simili errore scriptum monet Ἀρχίλοχος pro Ἀριστοφάνης, Ἀμφίλοχος, et rursus Ἀντίοχος, Ἀράλογος, pro Ἀρχίλοχος ap. Eustratium, Nicandrum, Pollucem et Photium. Cf. Schweigh. ad Athenaei l. l. Agathonis ex Telepho versus, in quibus Thesei nomen scriptum alicubi designatur, sic se habent ap. Athenaeum 10, p. 454, d.:

Γραφῆς ὁ πρῶτος ἦν μεσόμφαλος κύκλος, (Θ)
Ὀρθοί τε κανόνες ἐζυγωμένοι δύο, (Η)
Σκυθικῷ τε τόξῳ τὸ τρίτον ἦν προσεμφερές· (C)
Ἔπειτα τριόδους πλάγιος ἦν προσκείμενος, (Ε)
Ἐφ' ἑνός τε κανόνος ἦσαν ἐζυγωμένοι
Δύ'· (Τ) ὅτερ δὲ τρίτον, ἦν καὶ τελευταῖον πάλιν. (C)

Quorum versuum 5. recte Schweigh. addidit articulum, eundemque omisit 6, ubi vulgo legitur ὅτερ δὲ τὸ τρίτον, quod numeri non ferunt. Quinto versu omnes, sed ἀμέτρως:

Ἐφ' ἑνός τε κανόνος ἦσαν ἐζυγωμένοι δύο.
Ὅτερ etc.)

Digitized by Google

2.

Et civitatem video Argivum incendere. i. s.
N. v. civitas.

3.

Deûmque de consilio hoc itiner credo conatum modo. i. t.
N. v. itiner.

4.

Palam muttire plebejo est piaculum. i. s.
Paulus in F. v. mutire, p. 256, 17. Phaedr. fab. 4. extr.

5.

Te ipsum hoc oportet profiteri et proloqui
Advorsum illam mihi.
N. v. advorsum.

6.

Qui illum dî deaeque magno mactassint malo! i. s.
N. v. mactare.

7.

Cedo et caveo convestitus, squalidâ septus stolâ. t. t. c.
N. v. stola.

8.

Regnum reliqui, septus mendici stolâ. i. s.

2. Sic libri, accipiente Mercero incendere passiva significatione, ut vehere, vertere, mutare, movere, insinuare, suppeditare, aequare, etc. Scriv. tamen secundum alios incendier. — 3. Dici videtur Telephi, matrem quaerentis, iter ad Teuthrantem, Mysiae regem, quem obsidione hostium liberavit. Vidd. Diod. Sic. l. 4, c. 33. Hygin. fab. 100. — 4. Codd. Festi piaculum est, Phaedri periculum est; verum sedulo mutasse verbum antiquum existimandus est fabulator. Scripsi est piaculum, ut accentum retrahat plebejo, sequente vocali; nam pronuntiare plébejó vitiosum est, neque in talibus quidquam valet librorum auctoritas. — 5. Non habet mihi, quo referatur, neque genuina videtur vox illam. Non inepte scripseris Advorsum alumnum, τὸν τρόφον, Corythum, qui educavit Telephum, filiumque adoptavit. A quo alire Telephus ut destinavit, matrem quaesiturus, nuntiari id jusserit Corytho, ne clam aufugisse videretur, respondente servo, quem mittere voluit, ipsius Telephi esse de tanta re adire virum optimum, ejusque veniam impetrare. Non semel depravata vox alumnus, si vera sunt, quae nos ad Plaut. Cist. 287, Curc. 674. Cujus vocis significationem activam illustrant Non. v. aluminos, Pareus in lexic. Plaut. v. alumnus, aliique. De producta prima in profiteri vid. V. ad Pacuv. Dulorest. 8.

Digitized by Google

THYESTES.

1.

Adspice hoc sublime candens, quem vocant omnes Jovem. t. t. c.

Cic. de N. D. 2, 2, F. v. sublimem, p. 538, 4. Fragm. p. 56, 24; Apul. de Mundo ed. Plantin. a. 1600, p. 22.

2.

Sed me Apollo ipse delectat, ductat Delphicus.

N. v. delectare.

3.

Quam maxime mi hic hodie contigerit malum. i. s.

N. v. contingere.

4.

Heu *heu*, mea Fortuna, ut omnia in me conglomeras mala! t. t. c.

N. v. conglomerare.

5.

Impetrem facile ab animo ut cernat vitalem Babium.

N. v. cernere.

Thyestes. Delr.: „Scripsere (Thyesten) Eurip., Agathon, Chaeremon, alii (in his Sophocles). Idem porro Thyestis, Atrei, Pelopidarum argumentum fuisse opinor." (Agathonis Thyestem laudat Athenaeus 12, p. 528, d., Chaeremonis, Χαιρήμονος, 15, p. 608, f.) Thyesten Sicyonium et alterum Thyesten (Θυέστην δεύτερον) scripsit Soph., quarum fabularum fragmenta enarrans Brunck.: Duo, inquit, fuerunt dramata. Prioris actio transigebatur Sicyone, posterioris Argis. Utriusque argumentum colligi potest ex Hygini fabula 88. *Fr.* 1. recte F.: vocant, Ciceronis et Apuleji codd. fere: invocant. Comparat V. Euripidea ista ap. Stob. Eclog. phys. tit. 3. etc. Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ, τὸν δ' ἄπειρον αἰθέρα, — Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα. — 2. Versus, non eliso me propter ictum metricum, fuerit asynartetus, constans 2 anacreonteis, quorum posterior catal. est, quod genus haud dissimile galliambo. Verum invenusti sunt hi numeri, nec dubitanter scripserim, restituto atque, cui voculae, in ac mutatae, offecerit similis syllaba, quae antecedit:

Sed me Apollo ipsus delectat atque ductat Delphicus. t. t. c. Delectat, illicit, attrahit, ut exponit Non. — 4. Libri Heu, quod metro non sufficit. Vidit V. — 5. Deploratus locus, nisi scribendum sit badium, quod est coloris nomen, quo Thyesten Atreus appellaverit per contemtum. Legitur etiam babulus pro stulto, ut quidam censent, in Apulejo, et stultus videri poterat Thyestes, ad fratrem inimicissimum reversus. Metri gratia scribamus vitalem cernat, si quidem badius primam porrigit, quod puto. MSS. et vett. edd. nunc Babium, nunc Baebium; unde Scriver.: Vitalem Baebium, quod sit nomen alicujus poëtae, aut obtrectatoris; et forte is ipse, inquit V., ad quem Accius Didascalica sua scripsit, ut verbis istis discimus ap. Carisium lib. 1. (p. 114. Putsch.): Nam quam varia sint

Digitized by Google

6.

Sin flaccebunt conditiones: repudiato et reddito. t. t. c.
N. v. flaccet.

7.

Sed sonitus aures meas pedum pulsu increpat. i. s.
N. v. crepare.

8.

Ibi, quid agat, secum cogitat, parat, putat. i. s.
N. v. putare.

9.

Quemnam te esse dicam, qui tarda in senectute . . .
Cic. Orat. 55.

10.

α Nolite, hospites, adire ad me; illico istim: asyn., 2 ithyph., seu t. tr.
Ne contagio mea bonis umbrave obsit:
Tanta vis sceleris meo in*du* corpore haeret.
β Quidnam est, obsecro? quid ted adiri abnutas?
Cic. Tusc. Qu. 3, 12. De orat. 3, 41.

11.

Ipse summis saxis fixus asperis evisceratus, t. t.

genera poematorum, Baebi, quamque longe distincta ab aliis, nosce. Fuerint tum haec petita ex praefatione, nec metri adstringenda legibus. Quae ratio hactenus non displicet, ut vitalis sit adjectivum, utcunque explicandum. Aliis placet vit. halitum; Delrioni Impetret facite ab a. ut c. vit. Atreum, ut hisce aliquis hortetur Thyestae filios, mittendos ad patrem de conveniendo Atreo; Mercero: — vitalem βίον. Sed satis est conjecturarum. — 8. Versus inconditus. Forte scriptum videtur parat pro putat, neque deletum, more librariorum, caventium sibi a lituris, ut haec fuerit manus poëtae:

Ibi quid agitet, secum cogitat, putat.

— 9. Videatur haec esse pars versus troch. t., nisi praestat eodem referre, quo fragmentum proximum, eodemque, quo illud, metro conscriptum versum existimare, asynarteto quidem eo, quod constat duobus ithyphallicis. Justus hic ejusmodi versus erit, si posuerimus senecta, quod paulo usitatiori vocabulo cesserit, ut fieri solet in hoc genere. — 10. Legitur etiam versu 1. ad me adire, quam lectionem reperiens, ut opinor, Bentl. haec in bacchiacorum modulum redegit ad l. l. Tusculanarum Qu., idque ut efficeret, v. 3. scripsit Meo t. vis scel. in c. h., et ultimo renutas. Perperam quidem. Ceterum recte putat, colloquium hoc esse chori cum Thyeste in fabula cognomine. Istim Wolf. Schütz., cum istinc placuisset Pearcio et Ernestio: nam alienum est, quod libri habent, istic. — 11. Naufragium imprecatur Atreo Thyestes. Vid. Cic. Eodem pertinent sequentia, in quibus legitur — vita corpus requ. a malis, quod esse glossema, vel versus indicio intelligas. Requiescat primam producit. —

Digitized by Google

Latere pendens, saxa spargens tabo, sanie et sanguine atro.
Ibid. 1, 44.

12.

Neque sepulcrum, quo recipiat se, habeat, portum corporis, t. t. c.
Ubi remissa humana vita requiescat a malis.
Ibid.

EX INCERTIS ENNII TRAGOEDIIS.

1.

Atque prius pariet locusta lucam bovem.
Varro de L. L. 6. p. 72.

2.

Ut tibi Titanis Trivia dederit stirpem liberûm. t. t. c.
Ibid. p. 68. (83.)

3.

Vocibus concide! fac sit obrutus.
Ibid. p. 81.

4.

Quare et in balineis non recte dicunt *Lavi; Lavi manus* recte; sed quoniam in balineis *lavor, lavatus sum* sequitur; ut contra, quoniam est *Soleo*, oportet dici *Solui*, ut Cato et Ennius scribunt, non, ut dicit volgus, *Solitus sum* debere dici.
Ibid. lib. 8. p. 123.

5.

Crassa pulvis oritur, omnem pervolat coeli fretum. t. t. c.
N. v. fretum.

6.

Vindictam victis sumserunt perduellibus. i. s.
Varr. l. 6. p. 74.

Incertorum 1. Versus erit, si ita scripseris: A. par. loc. pr. l. b. Sed malim propemodum: Ac prius loc. pepererit l. b. — 2. Varro l. l.: „Titanis Trivia Diana est, ab eo dicta Trivia, quod in trivio ponitur fere in oppideis graeceis; vel quod luna dicitur esse, quae in coelo tribus viis movetur, in altitudinem et latitudinem et longitudinem. Titanis dicta, quod eam genuit Titani filia Latona" etc. — 6. Ita Scal. Mediol. Ald. etc.: Quin inde invictis s. p. Turneb. Scriv.: Quid inde inv. s. p. V.: Quae inde victis s. p. —

Digitized by Google

7.

Dictator ubi currum insidit, pervehitur usque ad oppidum. i. t.

Id. l. 4. p. 37.

8.

Ea Thelis illi mater. t.

Id. l. 6. p. 79. (97.)

9.

Si voles advortere animum, comiter monstrabitur. t. t. c.

Ibid.

10.

Hehe, ipse clupeus cecidit!

Ib. 80. (98.)

11.

Salmaci, da spolia sine sudore et sanguine. i. s.

Id. de Off. 1, 18. §. 61. et Fest. v. Salmacis; p. 475, 5.

Fragm. p. 63, 37.

7. Varro: Scripsit Poëta: Dictator etc. Unde Turneb. Comm. in Varronis libros de L. L., Scriver. aliique fragmentum hoc Naevianis annumerant. Quorum Turneb.: Naevius, inquit, qui oppidum pro carceribus circi usurpavit. V. malebat insidet, insilit, insiliit (insilit). — 8. V.: Videtur esse ex Achille: nam mater ejus ἀρχαϊκῶς Thelis vocata. Varro lib. 3. de R. R. cap. 9: Antiqui, ut Thetin Thelim dicebant, sic medicam melicam vocabant. — 10. Hehe. In vett. excusis hebae, ut sit αἶβοῦ. Scal. Conjectan. in Varr. De verbis Nimium boni est etc., quae hic legi solent, cf. Hecub. 18. — 11. Ita Cic. Sed Festus: „Salmacis nomine nympha Coeli et Terrae filia fertur causa fontis Halicarnasi (Halicarnassii) aquae appellandae fuisse Salmacidis, quam qui bibisset, vitio impudicitiae mollesceret, ob eam rem, quod ejus aditus angustatus parietibus occasionem largitur juvenibus petulantibus antecedentium puerorum puellarumque violandarum, quia non patet refugium. Ennius: Salmaci da spol. sine sanguine et sudore." Separatim etiam plerique codd. Tulliani Salmaci, da, non Salmacida, ut scribi jubet Scal., cujus vocabuli sublesta fides, fluctuantibus libris, ubicunque legitur. Vetus quidem glossarium, a Scaligero inspectum: Salmacidus, ἁλμυρός. Salmacidum, ἁλμυρόν. Salmacia, Ἀμφιτρίτη. Salmacia aqua, ἁλμυρὸν ὕδωρ. Unde Scal. et hoc loco et in Lect. Auson. Salmacida spolia interpretatur ἀναιμωτεὶ καὶ ἀφνιστὶ parta, diluta, incruenta. Quem refellit V., eo inprimis, quod non Salmacia, sed vocatur Salacia Neptuni conjux. Sed ipse quoque uniter scribit Salmacida spolia, quae dici existimat spolia ereptae virginitatis, ut ait Ovidius, et sicut ab herba herbidus, sic a Salmacis esse dicit Salmacidus. A quibus alii dissentientes vituperari istis verbis putant impudicum, id quod haud obscure Cic. significat. Ceterum σφαττισμὸν in hoc versu animadvertit W., quem σφαγιασμὸν

Digitized by Google

12.

Flagiti principium est nudare inter cives corpora. t. t. c.
Cic. Tusc. Qu. 4, 33.

13.

Homo, qui erranti comiter monstrat viam, i. s.
Quasi de suo lumine lumen accendat facit;
Nihilominus ipsi lucet, cum illi accenderit.
Cic. de Off. 1, 16.

14.

Nulla sancta societas t. t. c.
Nec fides regni est.
Ibid. 8.

15.

Quem metuont, oderunt; quem quisque odit, periisse expetit. t. t. c.
Ibid. 2, 7.

16.

Benefacta male locata malefacta arbitror. i. s.
Ibid. 18.

17.

O Fides alma, apta pennis, et jusjurandum Jovis! t. t. c.
Ibid. 3, 29.

18.

Amicus certus in re incertâ cernitur. i. s.
Id. de Amic. 17.

19.

Unde sibi cives omnes consilium expetunt, i. s.
Suarum rerum incerti; quos ego ope mea ex
Incertis certos compotesque consili
Dimitto, ut ne res temere tractent turbidas.
Id. de Orat. lib. 1, 45.

20.

Tibicina t. t. c.
Maxumo labore mugit.
Varro de L. L. 6. p. 81. ed. Durdr. a. 1619.

adamavit Eurip. (Med. 479. etc.), notatus eo nomine ab Eustathio ad Iliad. μ, p. 896. l. 54. ed. Rom. Cf. Markland. ad Iphig. Taur. 1088. Fabrus malebat Salmacii, das spolia s. v. et sangu. — 12. Sententia vett. Romanorum, a re gymnastica abhorrentium. Vide eruditissimi Beottigeri Andeutungen zu Vorträgen über die Archaeologie, Dresd. 1806, pagg. 112. seqq. — 14, 15. Similia leguntur ap. Senecam in Thyeste, pertinentque fortasse haec ad Ennii fabulam cognominem. — 19. Horum versuum primus non legitur ap. Scriverium, quem tamen versum haud difficulter eruas ex oratione Ciceronis. — 20. Exemplum translatorium ab animalium vocibus in homines; quarum e su-

Digitized by Google

21.

Decem coclites, quos montibus summis Rhipaeis sedere.
Ibid. p. 77.

22.

Subulo quondam marinas propter astabat plagas. t. t. c.
F. v. subulo. Cf. Varro l. l. p. 72.

23.

Ipsius ad armentas.
Non. v. armenta. F. v. armentum.

24.

Ut vos vostri liberi t. t. c.
Defendant, pro vostra vita morti occumbant.
Serv. Fuldanus in 2 Aen., 62.

25.

Parentem et patriam, di, servate sospitem! i. s.
F. v. sospes, p. 519, 12. Fr. 54, 6.

mero vocum sunt latrare, gannire, rudere, ululare, alia, quae vide ap. Varronem. — 21. Bene Turneb. librorum lectionem ripeis, pro ripis acceptam ab aliis, mutavit in Rhipaeis. Recte quoque coclites interpretantur Arimaspos, quos coclites (inquit V.), h. e. unoculos, esse, etiam Plinius (Mela scriptum per errorem) tradit (Hist. nat.) 4, 12. Scal. ad Varronis verba Ab oculo cocles: „Non dubium est quin a κύκλωψ. Sic duplices Graecorum literas desinentes Latini mutant in S: κύκλωψ, cocles; ἀλώπηξ, Aeolice Fαλώπηξ, valopes; quae deinde volpes, non volipes, ut Varro." Sed cur, quaeso, decem coclites? Scribam equidem Dicem coclites quos montibus summis Rhipaeis sedere, h. e. Dicam coclites aliquos m. s. R. s. Catonem Censorium dicem et faciem scripsisse dicit Quinctil. 1, 7, monente Dacerio ad Fest. v. Attinge (Attingem). — 22. V.: „Subulo finitimas propter astabat aquas." Qui lectionem hanc probant, (utramque edidit Scriv.), ajunt esse pentametrum, in quo astabat sit amphibrachys, s eliso ἀρχαϊκῶς. Sed nihil eo recurrere opus, quando est jambicus senarius. Olim enim in F communis erant, ut ostendimus in libb. de E. L. Interea verisimile magis est, scripsisse Ennium, uti ap. Festum legitur: Subulo quondam etc., ut sit trochaicus quadratus. — Subulo αὐλήτης, sive tibicen, ut Fest. et vett. glossae exponunt. Ejus originem non in Latio, sed in Hetruria quaeri debere, scribit Varro. Quid si dicamus ita dici quasi subulo, extrita, ut saepe fit, canina littera? Nam σύρβη est αὐλοθήκη, Hesychio teste, unde συρβηνεύς, ὁ αὐλητής. (Aliter alii, in his Turneb., qui vocabulum derivat a sibilus. De — at isto producendo vid. not. ad Livii Andron. Incert. 3.) — 23. F.: Armentum id genus pecoris appellatur, quod est idoneum ad opus armorum. (?) Invenies tamen feminine armentas ap. Ennium positum.

Digitized by Google

26.

Remorbescat, in morbum recidat.

Id. h. v., p. 439, 4.

27.

Torrem. Erit nominativus *hic torris*, et ita nunc dicimus: nam illud Ennii et Pacuvii penitus de usu recessit, ut *hic torrus*, *hujus torri*, dicamus.

Serv. in Aen. 12, 298.

28.

Aut permaceret paries percussa' trifaci.

Paulus ex Festo v. trifax, p. 576, 12.

29.

Ira insaniae initium.

Diomed. 1.

30.

Illic est nugator nihili, non nauci homo.

F. v. naucum, p. 265, 17. Fr. p. 9, 2.

31.

Illae meae tam potis pacis potiri.

Id. v. tam, p. 559, 11. Fr. p. 90, 42.

32.

Ad eum aditavere.

Diomed. 1. p. 336, 1.

33.

O pietas animi!

Cic. Lucull., 27.

34.

Induta fuit saeva stola.

Serv. in 1. Aen., 4.

35.

Imprimitque genae genam.

Id. in 6. Aen., 686.

28. Hexameter heroïcus ἀκέφαλος. — 29. Hoc invenire non possum ap. Diomedem, nec tamen omittere propterea volui, ab eodem viro doctissimo suppeditatum. — 30. Malim ita haec distingui: Illic est nugator, nihili, n. n. h. Seorsim dici solet nihili, suntque haec tria composita, ut verba similis potestatis. — 31. tam, tamen. Herm. ad Eurip. Hecub. p. 156:

illa me
Tam potis pacis potire.

— 34. saeva, magna. Vidd. Faber et lexicographi. — 35. V. Genae hic sunt palpebrae, ut Isidorus (imo Serv.) monet, qui haec de dormiente ait dici. Ac e Festo (v. genas) cognoscimus, similiter alibi Ennium dixisse:

Pandite, salti, genas et corde relinquite somnum.

Digitized by Google

36.

Burrum semper Ennius, nunquam *Pyrrhum*, *Ut patefecerunt Bruges*, non *Phryges*. Ipsius antiqui declarant libri: nec enim graecam litteram adhibebant etc.

Cic. Orat. c. 48.

37.

Idem campus habet. Ibid. 47.

38.

In templis isdem. Ibidem.

39.

Cui, quod in me est, execrabor hoc, quod lucet, quidquid est. t. t. c.

Cic. de Nat. d. 2, 25.

40.

Coeli palatum.

Cic. de N. D. l. 2, 18. extr.

41.

Eo ego ingenio natus sum: amicitiam atque inimicitiam in frontem. t. t.

Promtam gero. Gell. 19, 8.

42.

Habet is coronam vitulans victoriâ. i. s.

F. v. vitulans, p. 594, 20.

43.

Apud emporium in campo hostium pro moene.

F. v. moene, pag. 244, 16.

36. Scaurus p. 2252: „B cum P etiam consentit. — Graeci Πυῤῥίαν, nostri Byrriam, et quem Purrum (imo Pyrrhum, ut scribit Osann. Analect. crit. p. 12. not. 5.), antiqui Burrum; palatium balantium (neglecta est in libris haec vox propter similitudinem: vid. Varro ap. Voss. Etymol. L. L. v. palatium); item Publicolam Boblicolam, alii scapillum, alii scabillum dicunt.“ Plura in hanc rem vide ap. Osannum l. l. — 37. 38. Exempla syllabarum contractarum. Ergo accipiendum Idem pro Eidem, sicut Isdem pro Eisdem, et scribendum fortasse campos habent. — 39. Non male Jan. Guilelm. Qui pro Cui poni jubebat, sed male quo pro quod. — 40. Cic.: Quae, si, bis bina quot essent, didicisset Epicurus, certe non diceret. Sed dum, palato quid sit optimum, judicat, coeli palatum, ut ait Ennius, non suspexit. — 41. Scriv. verbis Delrionis: „Achilles,“ inquit, „vel Neoptolemus.“ Sub ictu collocatum sum non liquescit. — 43. Pleraeque edd.: per moene. Sed recte V. defendit alteram lectionem pro moene, quod est, inquit, ante moenia. Moene ἀρχαϊκῶς pro moeni: quomodo et mare pro mari dixit Varro Atacinus:

Cingitur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.

Similiterque usi Plautus, Terent. Varro, ac Ovidius non semel. —

Digitized by Google

44.

Topper quam nemo melius scit.

F. v. Topper, p. 573, 12.

45.

— Vivam, an moriar, nulla in me est metus.

F. v. metus, p. 239, 17.

46.

Et quis illaec est, quae lugubri subcincta est stolâ?

N. v. cuis, p. 197. Mercer.

47.

Nec retrahi potestur imperiis.

Diomed. l. 1, p. 380. sequ.

48.

Adsectari se omnes cupiunt.

Prisc. lib. 8. p. 792.

49.

Labat, labuntur saxa, caementae cadunt. i. s.

N. v. caementa.

50.

Effundit irarum quadrigas.

Serv. in Aen. 12, 499.

51.

Eos deduci quam relinqui, devehi quam deseri t. t. c. Malui.

Diomed. lib. 2. p. 441. sequ.

44. Fest.: Topper. Fortasse valet in Ennii et Pacuvii scriptis. Apud Ennium est Topper quam etc. Dacer.: Jul. Caesar Scal. lib. 7. de re poët. cap. 1: Semper primam producit natura: fuit enim semiopere, sicut toper toto opere, nuper novo opere. Significat enim toper cito et expedite, ita ut opera absoluta sit, itaque semper ei contrarium est propterea quod, si quid dimidio tantum opere sit, id non absolvitur, sed continuatur. (!) Hujus vocis [tanquam ab ultimis et jam oblitteratis temporibus repetitae] meminit Quinctil. Inst. Orat. 1, 6, 22. Quod Graeci ταχα, Latini topper dicebant: ταχα enim et cito et fortasse significat. Doctissimo Guyeto ut a nuneper nuper, sic a tuncper, tuper, toper. — 45. Exemplum vocabuli metus, feminino genere positi apud Ennium, qui quidem similiter in Annalibus ed. Hessel. p. 156:

Ni metus ulla tenet, rite virtute quiescunt.

Monuit W. — 46. Illa est malit V., ut restituatur iambicus senarius. Nec male, nisi ponendum sit lugubre pro lugubri, ut coeleste pro coelesti apud Ovidium etc. Quis pro quae etiam Plautus aliique veit. — 47. Exemplum formae potestur. — 48. Assectari passive, ἀκολουθεῖσθαι, inquit Prisc. — 51. Putsch.: Eos deduci, devehi, quam deseri malui. Inde arcessivi verba devehi et malui: nam vulgo legitur evehi,

Digitized by Google

52.

An aliquid, quod dono illi, moraris? Sed accipite.

Id. l. 1, p. 395.

53.

Seu ibi vita, seu t. t. c.

Mors in mundo est.

Charis. lib. 2. p. 181, 5.

54.

Omnes mortales sese laudari exoptant.

Augustin. de Trin. l. 13. c. 3.

55.

— Atque genua comprimit artâ genâ.

Isidor. Origg. 11, 1.

56.

Dico, qui hunc dicare cupit.

Varro de L. L. 5, p. 56.

malo. Ceterum hoc exemplum est ὁμοιοτελεύτου, sive orationis, ut ait grammaticus, similibus clausulis terminatae, i. e. pari verborum exitu finitae, ut Sallust. In nuda, intecta corpora; Virg. Bella, horrida bella. — 52. Vulgo: morares et accipite. Putsch.: morare, quod abhorret a consilio scriptoris, exempla activae verborum formae loco passivae a priscis usurpatae proferentis. Nec vel morares placet propter soloecismum, vel accipite propter ipsam sententiam, quia uni, non pluribus, donare se dicit ille, quisquis est, qui haec loquitur. — 53. In mundo pro palam et in expedito ac cito, inquit Sosipater. Male Delr. Scriver.: Tibi vita seu m. in m. est. Temere quoque Alcestidis fragmentis inseruit Columna, ut monet W. — 54. An memoria falsus pater ecclesiae posuit exoptant pro expetunt? Certe haec sapiunt jambicum senarium, cui convenit expetunt. — 55. Frustra Achill. Statius: Aeque genua comprimunt arte genas; neque necessario V.: A. g. arte comprimit gena, cum arte quidem habeat, quo se commendet, sed transpositione verborum non sit opus ad producendam postremam syllabam in comprimit, quod fieri voluisse videtur magnus litterator. Vide notata ad 22. Ceterum recte V.: Adducit, inquit, hunc locum Isidorus, ut probet dicta genua eo, quod in utero sint genis opposita. (Contra monet V., genu non esse a gena, sed a γόνυ.) — Interim inde cognoscimus, Ennium eo versu indicasse situm foetus in utero. Ac propterea assentior Scriverio, qui acute vidit, esse hoc fragm. non ex tragoedia aliqua, sed ex Epicharmo; nam eo in poëmate inter alia de humani constitutione ac foetu dixit Ennius; quod ex reliquiis intelligitur. De operis titulo vide egregie disserentem Hieron. Columnam. Trochaïcum t. c. ex Epicharmo Ennii profert Cic. Acad. Quaest. 4, 16. — 56. Varro: Dico originem habet graecam, quod Graeci δικάζω. (Melius δείκω. Scal.) Hinc Ennius Dico, qui hunc dicare cupit. Hinc Judicare, quod tunc jus dicatur etc. —

Digitized by Google

57.

Num non vis hujus me versutiloquas malitias? t. s.

Cic. De Orat. 3, 38. Orat. 49.

58.

Qui silentio noctis favent faucibus russis,
Cantu plausuque premunt alas.

Cic. de Divin. 2, 26.

59.

Festinant diem.

Varro de L. L. 6.

60.

Quasi pila t. t. c.
In choro ludens datatim dat se et communem facit.
Alii adnutat; alii adnictat; alium amat, alium tenet;
Alibi manus est occupata; alii percellit pedem;
Annulum alii dat spectandum; a labris alium invocat;
Cum alio cantat; attamen dat aliis digito litteras.

Isidor. 1, 25. pag. 837. ed. Godofred.: *Ennius de quadam impudica: Quasi* etc. F. v. Adnictat, saepe et leviter oculo annuit.

57. Scribendum fortasse: Non novisse h. m. v. m.! — 58. Cic.: Qui quidem (galli) silentio noctis, ut ait Ennius, favent etc. Inest hisce manifesto impressa forma metri anapaestici, a quo aliena sunt verba silentio noctis. Haec igitur paulum immutata puto a Cicerone ad modum prosae orationis, cumque cantu procul dubio explicatio sit τοῦ faucibus, sic scribam:

Qui nocte silente favent faucibus a. d.
Russis, plausuque premunt alas.

— 59. Suppeditavit amicus quidam doctus; sed locum non invenio ap. Varronem. — 60. Haec non Ennii sunt, sed Naevii ex Tarentilla, judice Scaligero in annotatis ad Varronis verba illa de L. L. 6. extremo: In Tarentilla Pacuvii etc., ubi quam licenter agat in emendandis visis ἀμέτροις, qui volet, leget ap. ipsum. Naevio recte vindicat etiam Osannus Analect. crit. p. 8, nec de eo dubitare nos sinit Festi auctoritas, verba Alii adnutat, alii adnictat, alium amat, alium tenet Naevio tribuentis in Tarentilla. Ceterum Isidorus: — facit. Alium tenet, alii adnictat, alibi manus est occ., ast alii percellit pedem, — cumque alio cantat, quae integranda vidi ex Festo, cum facile appareret, verba alii adnutat forte omissa esse propter similitudinem, ista vero alium amat displicuisse nescio cui correctori, elegantiam eorum non assecuto. Praeterea, quae laudat Festus, cum sonent trochaicum, omnibus numeris absolutum, eodem metro totum locum conscriptum esse intellexi, quem in formam iambicorum senariorum redigentes pessumdant. Versu 5. ap. Isidorum legitur Alii dat ann. spect., quae versificanda erant. A labris, non ex animo. Pro attamen malim reperiri interim. Cui autem haec legenti non in

Digitized by Google

61.

Quaeque caeruleo freto orta nare coepta.

Varro de L. L. 6. p. 74.

62.

Tanto sublatae sunt agmine tum lapides.

N. v. lapides.

63.

Memini me tum fieri pavum.

Donat. ad Terent. Andr. 1, 5, 18; Ph. 1, 2, 24.
Cf. interpp. Persii Sat. 6, 11.

64.

Animusque aeger semper errat, neque pati
Neque perpeti potest, cupere nunquam desinit.

Cic. Tusc. Qu. 3, 3.

65.

Hunc (loquitur de saxo Tarpejo) antea montem Saturnium appellatum prodiderunt, et ab eo late *Saturniam terram*, ut etiam Ennius appellat.

Varro de L. L. 4, p. 13.

66.

Frunde, frutimi, suaviter.

Varro de L. L. 6, p. 82.

mentem venist astutiarum facetissimae virginis Isabellae in Molierii oomoedia, quam nunenpavit Scholam maritorum? Similia Plauti, Nasonis, Properlii, laudavit Scal. — 61. (Varro: Piscium nomina sunt, eorumque in Graecia origo. Apud Ennium: Quaeque caeruleo freto orta nare coepta. * * * Cava cortina dicta, quod est inter terram et coelum ad similitudinem cortinae Apollinis. Scilicet haec non intelligentes Itali lacunosa esse existimarunt. Sed Scal. ita scribit: Quaeque freto cava caeruleo contina receptat. Cortina dicta, quod etc. Intelligit, inquit, Enn., quaecunque continentur ὑπὸ τῇ οὐρανοῦ σκέπῃ, ut loquuntur poëtae etc. — 62. Exemplum vocabuli lapis feminino genere dicti. Ex Annalibus esse suspicatur V. — 64. Haec ita versificare libet:

— *Animus* (vel *Animusque*) *aeger semper errat, neque pati i. s.*
Neque perpeti pote., cupere nunquam desinit.

— 65. Scal.: Apparet manifesto, esse versiculum Ennii:

— — — *Saturnius illi*
Nomen erat, de quo late Saturnia terra.

In fragmentis Originum, quae extant nomine Catonis, idem Ennii ἀμφιτελεύτιον legitur: A quo Saturnia olim, ubi nunc Capitolium: et ab eo late Saturnia terra. Itaque illud Virgilii desumtum est ex Ennio: (Aen. 8, 357: Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit arcem;)

Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

— 66. Pro arbitrio Scal.: Nefrende. (Nefrendis, inquit, et nefrendus puer vel senex ὁ νεῦος, qui dentibus frendere non

Digitized by Google

67.

Vos epulo postquam spexit.

Varro de L. L. 5. p. 61. Fr. spicit, p. 522, 2. Fr. 65, 27.

68.

Coeli ingentes fornices.

Varro ibid. l. 4. p. 9. Cic. de Orat. 3, 40.

69.

... In terram cadentes cubiteis pinsebant humum. t. t. c.

Ibid. p. 10.

70.

O terra trita, ubi Liberi t. t. c.
Fanum in cujus moero locavi!

Ibid. p. 8.

71.

Hic, ut ait Ennius, *pes pede premitur, armis te-*

potest, i. e. frangere.) Ceterum bene posuit fritinni, quod accipiens V. tentat Frende, fritinni suaviter, quasi haec fieri simul possint. Scribendum censeo: Frendes? Fritinni suaviter. — 67. Sic plane Varro. Depravate Fest.: Quod ubi rex pdulo (rex ulo) spexit de contibus (coribus) celsis. Unde Scal.: Quos ubi rex pullos sp. de cortibu' celsis. Pomponio Laeto hoc placuerat Quos ubi rex ultro sp. de montibus c. Sed recte V. probat vulgatum. Festus: Epulonos, inquit, dicebant antiqui, quos nunc epulones dicimus. Datum autem est his nomen, quod epulas indicendi Jovi ceterisque diis potestatem haberent. Cf. Dacer. ad eum locum et Voss. Etymol. L. L. v. epulas. — 68. Simile hoc putant Hermann. in notis ad Euripidis Hecubam p. 167. et Osannus Anal. crit. p. 136. Euripideis illis Hecub. 1091: Αἰθέρ' ἀμπτάμενος οὐράνιον, ὑψιπετὲς εἰς μέλαθρον etc., itaque ad cognominem Ennii fabulam referunt. Quod ferri potest. — 69. Scal.: Homericum

Αὐτὸς δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἔλε γαῖαν ἀγοστῷ.

Idem Enn. Annali X.: Pinsebant terram genibus. (Hinc quidam effinxisse videntur istud Genibus pinsibant humum, quod, Varroni perperam tributum, ap. Scriverium legitur h. l.) — 70. Probabiliter V.:

— — — *O terra tritavi, Liberi*
Fanum in cujus moero locavi;

cum Scaliger voluisset scribi O t. tritavi, in cujus m. Liberi f. l., vocibus sine causa idonea transpositis. Ceterum recte idem Scal.: Si nomen tragoediae posuisset Varro, minus laboraremus ad conjecturam; nunc difficile est tam corrupto loco mederi, cum, de quo et quis loquatur et in qua fabula, nesciamus. — 71. Sermo est de proelio ad Mundam commisso Caesa-

Digitized by Google

runtur arma, adversariosque vehementissime pugnantes nostri agere coeperunt; quibus oppidum fuit subsidio. De bello Hispaniensi cap. 31.

72.

Florus. Vide notata ad Antiopae Pacuv. fr. 10.

73.

Quidquam quisquam cuiquam quod conveniat, neget. Rhetoric. ad Herenn. 4, 12.

rem inter et Pompejum. Videntur autem hae partes esse iambicorum senariorum, scribamque numero meliore premitur pede, quibus vocibus prior horum versiculorum finiatur. — 73. Confert Herm. Eurip. Hecub. 838. sequ. haud injuria improbante Osanno Anal. crit. 138. Sententiam et versum troch. habebis, si scripseris Sane q. q. q., quod non c., n.

Digitized by Google

III. DE CNEO NAEVIO

TESTIMONIA VETERUM SCRIPTORUM.

A. Gellius Noct. Att. 27, 21.

Anno deinde post Romam conditam DXIX. *(olymp. 130, 1, ante Christ. nat. a. 234.)* Sp. Carvilius Ruga primus Romae de amicorum sententiâ divortium cum uxore fecit, quod sterilis esset, jurassetque apud Censores, uxorem se liberorum quaerendorum causâ habere. Eodemque anno *Cn. Naevius* poëta fabulas apud populum dedit. Quem M. Varro in libro de Poëtis primo stipendia fecisse ait bello Poenico primo; idque ipsum Naevium dicere in eo carmine, quod de eodem bello scripsit.

Ibidem 3, 3.

Sicuti de *Naevio* quoque accepimus, fabulas eum in carcere duas scripsisse, Aristeum et Leontem, cum ob assiduam maledicentiam et probra in principes civitatis, de graecorum more poëtarum, dicta in vincula Romae a triumviris conjectus esset. *(Cf. Plaut. Mil. glor. verss. 213, 214.)* Unde post a tribuno plebis exemtus est, cum iis, quas supra dixi, fabulis delicta sua et petulantias dictorum, quibus multos ante laeserat, diluisset.

Fest. v. Saturno.

Versus quoque antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur, Saturnii appellantur, quibus et a Naevio bellum Punicum scriptum est, et a multis aliis plura composita sunt.

Varro de Lingua lat. 4, pag. 39. ed. Durdrecht.

Sequitur porta Naevia, quod in nemoribus Naeviis: *Naevius* enim loca, ubi ea *(porta)*, sic dicta coluit.

Digitized by Google

Cic. de Senect. c. 14.

Quam gaudebat bello suo Punico *Naevius*, quam Truculento Plautus, quam Pseudolo!

Idem Brut. c. 15.

At hic (*M. Corn.*) Cethegus consul cum P. (*Sempron.*) Tuditano fuit bello Punico secundo; quaestorque his Coss. M. Cato, modo plane annis CXL. ante me consulem. — Illius autem aetatis qui sermo fuerit, ex Naevianis scriptis intelligi potest. His enim Coss., ut in vett. commentariis scriptum est, *Naevius* est mortuus; (*olymp. 143, 2, a. U. C. 548*, vel 549. [vid. Wetzel. ad Brut. c. 18. Osann. Analect. crit. p. 43.], ante Christ. nat. 205. vel 204.) quanquam Varro noster, diligentissimus investigator antiquitatis, putat in hoc ernatum, vitamque Naevii producit longius.

Ibid. c. 19.

Illius, quem in vatibus et Faunis enumerat Ennius, bellum Punicum, quasi Myronis opus, delectat. Sit Ennius sane, ut est certe, perfectior; qui si illum, ut simulat, contemneret, non, omnia bella persequens, primum illud Punicum, acerrimum bellum, reliquisset. Sed ipse dicit, cur id faciat: *scripsere*, inquit, *alii rem Versibus.* *) Et luculente quidem scripserunt, etiamsi minus quam tu polite. Nec vero tibi aliter videri debet, qui a *Naevio* vel sumsisti multa, si fateris; vel si negas, surripuisti.

Cic. de Orat. 3, 12.

Equidem cum audio socrum meam Laeliam (facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conservant, quod, multorum sermonis expertes, ea tenent semper, quae prima didicerunt), sed eam sic audio, ut Plautum mihi aut Naevium videar audire.

---

*) Ennius, Naevium tangens, hoc loco et Brut. 18.:

Scripsere alii rem
Versibu', quos olim Fauni vatesque canebant,
Cum neque Musarum scopulos quisquam superarat,
Nec dicti studiosus erat.

Varro de L. L. 6, p. 72: *Antiquos poetas Vates appellabant* etc.

Digitized by Google

Hieronymus in Eusebii Chronico.

Olympiade 144. Naevius Comicus Uticae moritur, pulsus Roma factione nobilium, ac praecipue Metelli. *(Vid. Cic. Brut. c. 15.)*

Volcatius Sedigitus de Poetis comicis apud Gell. 15, 24.

Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam poetae Comico quoi deferant;
Eum meo judicio errorem dissolvam tibi,
Ut, contra si qui sentiat, nil sentiat.

(Ita Frid. Osann. Analect. crit. p. 3. propter usum priscum illius aevi. Vulgo *si quis.*)

Caecilio palmam Statio do mimicam.

(Vulgo: *comico.* Probatiss. cod. Reg. ap. Gronov. *do mimico*, Lugd. major *statio dandam mimico.* Unde Gron. *mimico* vel *metrico.*)

Plautus secundus facile exsuperat ceteros,
Dein Naevius, qui fervet, pretio in tertio est.

(Ita MSS., vel *servet.* Frustra novant.)

Si erit, quod quarto detur, dabitur Licinio.
Post inaequi Licinium facio Attilium.
In sexto sequitur hos loco Terentius.
Turpilius septimum, Trabea octavum obtinet.
Nono loco esse facile facio Luscium.
Decimum addo causa antiquitatis Ennium.

Sueton. de illustr. gramm. c. 2.

Hactenus tamen (*Graecos grammaticos imitati sunt Latini*), ut carmina parum adhuc divulgata, vel defunctorum amicorum, vel si quorum aliorum probarent, diligentius retractarent, ac legendo commentandoque etiam ceteris nota facerent; ut Cajus Octavius Lampadio Naevii Punicum bellum, quod, uno volumine et continenti scriptura expositum, divisit in VII. libros.

Mar. Victorinus de Arte grammat. lib. 2. et, qui eum exscripsit, Rufinus de Metris comicis pagg. 2524. et 2708. Putsch.

Quod vero ad clausulas, id est minuscula cola, attinet, quot genera versuum sunt, totidem eorum membra pro clausulis poni possunt et solent, in canticis magis quam diverbiis, quae ex trimetro magis subsistunt, collocari; et praecipue apud Plautum et *Naevium* et Afranium: nam hi maxime ex omnibus membris versuum, co-

Digitized by Google

lis (*suspecta vox*) ab his separatis, licentiae si reperiuntur in clausulis.

Naevii epigramma, quod sepulcro suo incidendum reliquit. Vid. Gell. Noct. Attic. 1, 24. *)

Mortales immortales flere si foret fas,
Divae Camoenae flerent Naevium poëtam:
Ita, postquam est Orcino traditus thesauro,
Obliti Romae loquier sunt latinâ linguâ. **)

(*Terentius* Naevium *inter auctores suos nominat. Vide Testimonia veterum de Ennio.* Delr.: „Melior," inquit, „Comicus quam Tragicus.")

---

*) Scribitur alibi in hoc carmine, perversis quidem numeris, quos minime curare librarios constat, Immortales mortales si foret fas flere, Flerent divae Cam. — Obl. sunt Romae lingua lat. loquier, vel sic: Obl. s. R. loqu. lat. l., etc. Quod vero maximum est, legitur in omnibus libris Itaque, cum requiratur Ita causale, de quo diximus Plauti vol. 4. pagg. 250. sequ. et 301. ed. majoris. Eam particulam saepius mutarunt non intelligentes. Quam vel posteriore longa pronuntiabimus hoc loco metri gratia, vel non elidemus postquam, utrumque ex more priscorum Latii poëtarum. Possis etiam scribere postquamde.

**) V. Castigatt. et Nott. in M. Pacuvii fragmenta p. 121. Propter hosce, inquit, versus Naevium Campanae superbiae reum agit Agellius. Atqui quid habet, unde verisimile faciat nobis, Naevium potius quam alium eos versus fecisse? Nihilo magis eidem credo, cum Pacuvianum epitaphium a Pacuvio ipso scriptum esse arbitratur. — Idem de Plautino dictum puta, etsi, et illud Plautum habere auctorem, persuadere nobis idem Agellius conetur. Nempe non alia de causa, quam quia Varro Plautinum vocet. Quasi Plauti dici non possit, quod alius honori ac memoriae Plauti fecerit. Sed Agellio insolens non est errare in talibus: quando idem lib. 2. c. 17. Epictetum de se scripsisse id distichon dicat, quod a Leonida sub Epicteti persona esse factum, ex Anthologia constat. (Ἀδέσποτον nunc fertur illud epigramma: vid. Antholog. Palat., ab Jacobsio editae, vol. 1. p. 512.)

Digitized by Google

CNEI. NAEVII

ALCESTIS.

1.

Corpore pectoreque
Undique obeso, ac mente exsensa, tardigenulo senio oppressum.

Gell. 19, 7. N. v. obesum.

2.

Oblittera gens: Foedifragi. Aurora pudoricolor. Memnon nocticolor. Forte, dubitanter. Loca silenta, pulverulenta, pestilenta. Carendum tui est. Magno impete. Fortescere. Dolentia. Avens pro Libens. Cuius intolerantibus. Manciolis tenellis. Quis tam siliceo? Fuere impendio. Accipitret. Trisecliseñex, dulcioriloquus, Nestor. Multigrumis fluctibus. Tegmine onychino flumina. Subducti supercilii carptores.

Gell. ibid.

DANAE.

1.

Eam nunc esse inventam probri compotem
Scis.

N. v. compotem.

Alcest. Naev. fragm. 1. Monet V., et hoc fragm. et sequentia numero 2. non Naevio, sed Laevio tribui in melioribus Gellii codd. Gellium autem exscripsit Non. Vid. Mercer. Pro vulgato tardigemulo recte V. tardigenulo, laudans Iliad. 4, 313. seqq. et Maronis illud Aen. 5, 431:

Hic membris et mole valens, sed tarda trementi
Genua labant.

Scal. comparat chori Eurip. dicta Alcest. 924. seqq., et verbis Manciolis tenellis similia putat, quae ibi 381. versu leguntur, haec Ἐπὶ τοῖσδε παῖδας χειρὸς ἐξ ἐμῆς δέχου, sicut istis velatas (tentat autem velatus) frondentes comas ap. Varronem de L. L. p. 70. Euripidea κατεκώμαζον κάρα Στεφάνοις πυκασθείς. Quae profecto sunt, quod ait Flaccus, aegri somnia. Sed ita grassari solent in hoc genere. Quod ad metrum attinet, dubito an scribendum sit pectorique, sicut furfuri pro furfure ap. Plautum. Vide Frid. Osanni Analect. crit. p. 123. Nisi dicas, penultimam vocis produci sequente enclitico. Quo quidem facto etiam hic versus erit t. t. De verbis Forte, dubitanter, recte V.: Nec Cic., inquit, reformidat Siquis forte miratur. Similiterque usurpat praecedente ne, si, vel nisi. Sed non ἁπλῶς dixisset forte redibit pro fortasse. Quomodo Laevium locutum arbitror. Atque hoc fuerit, quod in eo, tanquam insolens, observat Noctium Atticarum scriptor.

Danaës fr. 1. probri compotem. Ita scripsi, quum in

Excidit orationis omnis confidentia. t. t. c.

N. v. confidentia.

3.

Desubito famam tollunt, si quam solam videre in viâ. i. t.

N. v. fama et desubito.

4.

— Indigne exigor patriâ innocens.

N. v. exigor.

5.

— Quam quondam fulmine icit Jupiter.

N. v. icit.

6.

— Animi jubeo fonte lavere memini Manum.

N. v. lavit.

7.

— Etiam minitas? Mitte ea, quae tua sunt mage, quam mea!

t. t. c.

N. v. minitas.

8.

Manubias suppetat pro me.

N. v. manubias.

9.

Quin, ut quisque est meritus, praesens pretium pro factis ferat. t. t. c.

N. v. pretium.

libris invenissem propriis. vulgo male editur opprobriis. Mercer. Propriis in nonnullis reperit etiam V., et vel opprobrii malit, vel probri. Scribendum fortasse uno versu: E. nunc scio esse i. pr. e., verbo Eam accepto pro monosyllabo, sicut passim. — 5. Merc. Quae; Scriver. Quem. — 6. Locus depravatus. Probat V. Aldi, Merceri, aliorum, lectionem memini, Grotiique commentum Auri (hoc volebat etiam Delr.) fulvo f., cui emendationi favere dicit fabulae argumentum. Sed quid hoc sibi vult, istum, quisquis est, manum sibi lavisse auro? Latet profecto aliquid, nec nolim ita scribi: animi jubeo fonte lav. nunc minumo malum, ut nescio quis animi sui malum, tristitiam seu dolorem, lavere non lacrimis jubeat, sed fonte minunio, h. e. argento. Scal. ad Plaut. Pseud. 323: „Minima," inquit, „exta opposuit victimis; sed lusit comice in voce minimis, respiciens ad minas XX, quibus sibi litari volebat." Cf. Truc. 702. Lacrumas argenteas dixit Plautus Pseud. 98. Magis haec comoediam decent quam tragoediam; fateor; sed quis affirmet, revera haec ex Danae prolata esse a Nonio, toties hallucinato? — 7. Scribendum fortasse est: E. m.? Mitte! Ea quâ (vel qui) tua sunt mage quam mea? — 8. Sic Merc. Vulgo: Quia, ut etc. —

Digitized by Google

10.

Contemplo placide formam et faciem virginis i. s.
Duellae.

N. v. contempla. Glossae Forner.

11.

Omnes formidant hominis ejus valentiam. i. s.
N. v. valentia.

EQUUS TROIANUS.

Nunquam hodie effugies, quin mea manu moriare.
Macr. Sat. 6, 1.

HECTOR.

Vide Hectoris Lytrorum, Ennianae trag., fr. 18, 19.

HESIONA.

Sine mihi gerere morem videar lingua, verum lingula. t. t. c.
Gell. 10, 25. Cf. Varro de L. L. 6. sub finem.

IPHIGENIA.

Passo vel hoc vicinum aquilone hortum fer foras.
N. v. passum, p. 370.

10. Verba Jovis Danaën spectantis, ut monet V. Duellae legitur in glossis Fornerianis, unde idem arcessendum existimavit. — 11. ejus, Jovis. V., qui scribit homines. Quae ex Duloreste hic leguntur, verba Caperata fronte, de iis vid. Pacuvii fabula cognominis.

Equi Trojani fr. Inde expressum illud Virgilii eclog. 5, 49. Nunquam hodie effugies etc. expressum monet Macrob.

Hesionae fr. Vulgo legitur, secundum Stephanum, haud lingua. Cod. Reg. apud Gronovium in nota ad h. l.: videtur. Fortasse verbis Lingua, ver. ling. respondetur ad praegressa, estque haec ἀποσιώπησις de lingua quidem concedentis, sed abominantis lingulam, h. e., Gellio interprete (cf. Varro de L. L. 6, p. 101.), gladiolum oblongum in speciem linguae factum (nam sic veteres loquebantur): ut ita scribatur:

α *Sine! mihi gere*
Morem. β *Videtur lingua, verum lingula . . . . !*

h. e. Videtur mihi morem tibi gerere lingua, sed non lingula; Bonum consilium tibi dabo, sed neque pugionem tibi praebebo, neque ipse te interficiam, quod cupis. Etiam hoc comoedia dignius quam tragoedia.

Iphigeniae fr. sic MSS. et excusi. Mercer. in notis: Passo velo vicinum Aquilo in portum fert orias. Lips. aquilone orto. Hadr. Junius: Passo velo vicinam aquilone horiam fer foras. Voss.: Passo veló ob (pro ad) vicinum aquilone (flante aquilone) portum fer foras. Ennius, monente Vossio:

Ob Romam noctu legiones ducere coepit.

Vid. F. in Ob. Aquilone, ut Austro ap. Senecam Thyest.

Digitized by Google

LYCURGUS.

1.

— Risi egomet, casabundum ire ebrium. t. t. c.
Diabathra indu pedibus habebat, et erat amictus epicroco.
Varr. l. 6. p. 75.

2.

Vos, qui regalis corporis custodias j. s.
Agitis, ite actutum indu frundiferos locos,
Ingenio arbusta ubi nata sunt, non obsita.
N. v. ingenium.

3.

Ducite eo cum argutis linguis mutas quadrupedes.
N. v. mutus.

4.

Alis sublime alios saltus illicite, ubi
Bipedes volucres lino linquant lumina. i. s.
Id. v. illicere.

581. (sed ibi nunc haustum legitur pro Austro) et Herc. Oet. 103. Nobis sic scribendum videtur:

Passo velox hanc vicinum aquiloni portum perferas. t. t. c. hanc, Iphigeniam, quam morti ereptam vel Diana, vel aliquis a dea missus, hisce verbis tradit nauclero, ut eam celeriter nave perferat in portum aquiloni, seu septentrioni, vicinum, Tauricum. Fingere id licebat Naevio humanitus, aliis, quos sequitur Hyginus fab. 98, virginem per nubes delatam in terram Tauricam tradentibus.

Lycurgus. Accepit ab Aeschylo vel Anaxandride. Thracii exitium Lycurgi Ovid. in Met. (imo Hor. Od. 2, 19, 16.) Nonn. Dion. κά. Delr. (De Anaxandride cf. notata ad Livii Andronici Tereum. Ejus fabulae de Lycurgo bis mentio fit apud Athenaeum, 3, 105, f. et 8, 329, e., quibus in locis de squillis et piscibus marinis agit, nec quidquam habet, quod huc faciat. Juvat tamen vel hoc nosse, ne, nomine ducti, pergamus quaerere, quod nusquam est. Quomodo judicandum de plerisque graecis, quae hisce latinis conferuntur.) — *Fr.* 1. Conjunxit hos versus Scal., quos eodem quidem loco laudat Varro, sed separatim. — 2. Libri: — lucos, Ing. arb. vineta s., n. obs. Istud vineta dudum emendatum est a viris doctis, quos non erat quod spernerent Delrio atque Scriver. — 3. Scribamus et antiqua voce et metro restitutis Ducite eo argutilinguis mut. qu. Mutus, inquit N., onomatopoeia est incertae vocis, quasi mugitus: nam mutus sonus est proprie, qui intellectum non habet. — 4. Videtur hoc fuisse in autographo poëtae: Alis sublimes saltus inlicited, ubi etc. verbumque altos, quod nescio quis putidus adscripserit interpres, forte mutatum esse in simillimum alios, quo quidem sic impeditur versus, ut vix eum extricues. N. hoc loco: Illicere, inquit, est proprie illaqueare. (Fest.: Lacit, decipiendo inducit. Lax etenim fraus est etc.) Alis, alatoribus, qui dextra et sinistra plagarum sublata voce prohibent feras exire, ut ait Serv.

Digitized by Google

5.

Ut in venatu vitulantes ex suis
Locis nos mittant poenis decoratos feris.
Id. v. vitulantes.

6.

Longe lateque trans nostros fervere.
N. v. fervit.

7.

Tuos qui celsos terminos tutant.
N. v. tutant.

8.

Ignotae iteris sumus; tute scis.
N. vv. ignotae et iteris. Prisc. 6, p. 695.

9.

[a] Oderunt di homines injuros.
[b] Egone an ille injurie t. t. c.
Facimus?
N. v. injurie.

10.

Sed quasi amnis cis rapit, sed tamen inflexa flectitur. t. t. c.
N. v. amnem.

P. Danielis ad Aen. 4, 121. (Dum trepidant alae, saltusque indagine cingunt.) Pejus etiam vulgati libri, monente V.: Alii subi. — 5. Similia sunt in libris vocabula ferus et suus: vide interpp. Ovidii ad Metam. 1, 159. etc. Unde factum puto, ut suis et feris alterum alterius locum occuparent apud hunc hostrum, rectius quippe dicentem, aves dimittere venatores decoratos suis pennis (nam sic scribendum cum criticis) ex feris locis, quam ex suis locis decoratos feris pennis. Jungendum autem praegresso suspicor hoc fragmentum, neque illis repugno, in quibus est Scriv., qui etiam 2. et 3. huc referunt. Male Scriv. ex sententia Scaligeri: — vitul. ex aviis Locis, nec Lucis malim cum Mercero atque Vossio. In venatu vitulantes, ut in hac commotus sum Terent. Eun. 3, 5, 19, in hoc laetatus Cic. Philipp. 2, 4, i. e. propter hanc, propter hoc. — 6. V.: „Ex inscriptione fabulae verisimile est, dici ista a Lycurgo, Thraciae rege: ac propterea commode emendabat H. Grotius: L. I. Thraciâ n. f. Thraciâ pro dissyllabo censetur.“ Malim equidem L. I. Thraces n. f. Simillima traces (nam ita libri vett.) et trans; tracia longe dissimilius; ne dicam de synaeresi duriore. — 8. Ignotae, i. e. insciae, scribit N. priore loco. Posteriore habet Ignoti, sicut Prisc. — 9. Injuros, voce Plautina. Libri injurios, turbato metro. — 10. Mercer. ex libris, ut ait, inflexu, malitque in fluxu. V., hoc probato, cum non appareat, id quod significare vult grammaticus, amnis dici genere feminino, vel sic scribendum putat:

Sed quasi
Amnis cum rapida' st, tamen in fluxu flectitur.

vel sic, usurpato versu troch.:

— Sed quasi amnis rapida tamen in fluxu flectitur.

Digitized by Google

11.

Jam solis aestu candor cum liquesceret. i. s.
N. v. liquidum.

12.

Pallis, patagiis, crocotis, malaciis mortualibus. t. t. c.
N. vv. caltulam et crocotulam.

13.

Liberi, quaquad incedunt, omnis arvas obterunt.
N. v. arva.

14.

Pergite, thyrsigerae Bacchae, modo Bacchico cum schemate!
N. v. schema.

15.

Proïn Dryante regem prognatum patre i. s.
Lycurgum cette!
N. v. cette.

16.

Sine ferro pecua manibus ut ad mortem meant. i. s.
N. v. pecua.

Equidem malim Sic quasi a. res rapit, sed t. implexa flectitur, ut dicatur amnis, qui, quamvis rapere secum res soleat, tamen implexus atque impeditus aliquo obstaculo flectatur; cui amni sic flexo is, qui haec loquitur, opposuerit atrocem Lycurgi animum, Bacchum rejicientis et velut litigantis cum deo. Vid. Hygin. fab. 132. Sic Ovid. Met. 3, 615. Codd. quidam ostendunt nec non pro nervum, et captum pro raptum 5, 722, etc.; e vero et i litterarum inter se commutatio tralaticia est; neque non miscentur f, ph, p: vide 24, Vindic. Ovid. ad Metam. 4, 598. — 11. liquesceret, mollis et fluxus fieret, corrumperetur. Vid. Non. — 12. Recte Veneta Pincii malaciis, μαλακίαις, non malatiis, ut vulgo. Vel pronuntiandum est metri gratia malacis, vel u in mortual. elidendum. — 15. Libri Noniani: Naevius Lycurgo lib. II.: Quaque inc. etc., feliciter emendante Mercero, nisi quod dedi quaquad pro quaqua, ne liquesceret vox, versusque rueret. Minus bene V.: Liberi, quacunque inc. etc. Liberi arvas, h. e. arva, vineta, quae excidi jussit rex vecors. — 14. Simile metrum, quo Flacci oda quarta conscripta est, sed hypercatalecticum. Nam pro mero trochaïco nolim haberi versum, id quod placet Vossio, cum dactylicum sonent verba Pergite thyrsigerae Bacchae, modo. Sic autem admonentur Bacchae, territae a Lycurgo. — 15. Verba Bacchi, ut videtur, Lycurgum poscentis ad supplicium. Vidd. Apollod. 3, 5, Diodor. Sic. 3, 65. — 16. Vix haec latina sunt. Mallem sic legi: S. f., ut pecua, manibus ad m. m., ut inermes Bacchae ad mortem duci dicerentur manibus Lycurgi et Thracum, amicitiam simulantium. Vid. Diodor. l. l. Nec nolim hoc: S. f., ut pecuda, Maenades ad m. m., quae Baccho praedixerit miseratus Tharops. —

Digitized by Google

17.

Alte jugatos angues in sese gerunt. i. s.

N. v. angues.

18.

Cave, sis, tuam i. s.
Contendas iram contra cum irâ Liberi.

N. v. contendere, p. 259.

19.

Suavisonum melos.

N. v. melos.

20.

Ne ille mei feri ingeni atque animi acrem acrimoniam. t. t. c.

N. v. acrimonia.

21.

Jam ibi nos duplicat advenientis timos, vapos.

N. vv. vapor et vapos, etc.

22.

Vos, qui adstatis obstinati.

F. v. obstinato p. 297, 7. Sched. p. 85, 4.

23.

Ut videam. Volcani operâ haec flammis fieri flora.

N. v. fimbriae.

17. Recte probant jubatos, ut loquitur Plautus Amph. 956. Minus placet Scriv. pro ineptis istis in sese suadens infestae; nec posuerim in sinu, a quo commento etiam V. abhorret. Fuit haec, opinor, manus Naevii: A. jubatos angues inlaesae gerunt. Illaesae, Bacchae. Cf. Horat. Od. 2, 19, 19. sequ., aliosque poëtas, passim hoc narrantes. Persimiles l et s litterae in libris, exaratumque est insese pro inlese, sicut ejusatque pro ejulatque Horatii Od. 3, 11, 18, si verum divinavimus, et saevum pro laevum in multis MSS. primisque edd. ap. eundem Epist. 1, 6, 50. Cf. Pacuvium Armor. judic. 3. Scribi Aliae (alie) pro alte, non est necesse. — 18. Sic amicus aliquis admonet Lycurgum. Possunt haec conjungi in i. t. — 19. Ita plures; alii, in quibus est Scriv., Suavissimum m. Sed libri Suave summum melos, unde facias Suave sumam (incipiam) melos. Misceri solent a et u litterae. Possis etiam Suave summe melos. — 20. Scriv. aliique Nae. Deinde, verbum desiderantes, scribunt fert pro feri, improbante quidem Vossio. Malim Nae limet (vel elimet, h. e. purget, seu diminuat) feri ingenid etc., quod de Lycurgo dictum accipiatur. — 21. Scribe J. i. adv. dupl. nos t., v., et habebis i. s. Frustra Grot., adstipulante V.: Jam vim in nos duplicat adveniens ignis vapos, ut haec dicat Lycurgus, cum a Furiis incesseretur. Nimis haec dissimilia scripturae antiquae. — 22. Verba Bacchi, ut videtur, ad Edonos, cum venissent contra ipsum duce Lycurgo. — 23. Scribendo Volc. haec op. fl. flora fieri redigemus haec in formam trochaici t. c. Fuerint haec a Lycurgo dicta, incendi jubente

Digitized by Google

24.

Nam ut ludere laetantes inter se vidimus
Propter amnem, creterris sumere aquam
Ex ponte.

N. v. creterra.

25.

Dic, quo pacto eum potiti, pugnâd an dolis? i. s.

N. v. potior illam rem.

PHOENISSAE.

Sume arma, id est an occidam clavâ scirpeâ.

F. v. scirpus, p. 489, 15.

castra Maenadum; quod eum fecisse consentaneum est. Flora, florida, ut monet V., quemadmodum Attius et Pacuv. dixerunt floros crines. Lucret. 4, 452: Bina lucernarum florentia lumina flammis. Et simile Homeri ἄνθος πυρός. Cf. V. — 24. Recte, qui fonte. Sic autem haec versificaris:

Nam ut ludere propter amnem inter se vidimus i. s.
Laetantes, et *creterris* aquolam *sumere*
Ex fonte . . . . .

Sermo haud dubie est de Bacchis, in Thraciam transportatis, quas invaserunt Edoni atque occiderunt. — 25. Verba Lycurgi, cum captus ad eum Bacchus adduceretur. Vid. Apollodor.

Phoenissarum nomine tragoedias scripsisse Phrynichum, Strattin, Euripidem, monet Delr. Superest Euripidis fabula celeberrima. De Phrynicho, qui floruit, quo tempore natus est Sophocles, olymp. 71, 1, sive ante Christum nat. 495, ita doctissimus Schweighaeuser in indice Athenaei p. 171: „Phrynichus, Tragicus poëta: idem cujus Aristoph. cum alibi saepius meminit, tum Vesp. 220. et 1481. (1490. ed. Brunck.), sive is nonnisi unus est, senior ille Phrynichus, Thespidis discipulus, ut Bentlejus et Perizonius judicarunt (vide Harles. ad Fabric. T. 2. p. 516. sequ.); sive praeter illum alius, Melanthae filius, ut cum Comici Scholiastâ ad Vesp. 1481. Suidas statuit. Cujus ex tragoediis (ut docet idem Schol. ad Vesp. 220.) una inscripta erat Φοίνισσαι, Phoenissae, cujus meminit Athen. 14, 635.“ Strattidis, qui et Stratis nonnunquam audit, veteris comoediae poëtae, fabula cognominis Athenaeo laudatur 4, 160, b; 14, 621, f. et fortasse 15, 699, f., ubi vid. Schweigh.; Aristophanis 2, 62, d; 3, 90, a; 4, 154, e., qui quidem locus tragicum plane colorem habet; nam sic ibi legitur:

Ἐς Οἰδίπου δὲ παῖδε, διττύχω κόρω,
Ἀρὴς κατέσκηψ', οἳ γε μονομάχου πάλης
Ἀγῶνα νῦν ἵστασιν.

Quare haec non ab Aristophane profecta puto, sed ab Aristarcho, Euripidis aequali, vel aliquo similis nominis Tragico, cujus nominis compendio falsi fuerint descriptores. Vide Ruhnkenii laudata in notis ad Ennii Telephum. Hujus nostri fragmento F.: Novius in Phoenicis: Sume, etc. V.: S. a. Quid est? an etc. Pejus etiam alii. Scribamus licet S. a. in dextram (idestram, idestram, idestan); occid. etc. Cf. Novii Phoenissas.

Digitized by Google

PROTESILAUS, seu LAODAMIA.

1.

Gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens fit.
N. v. gracilitudo.

2.

Ineunt, inruunt; cachinnos, joca, dicta risitantis.
N. v. jocus.

3.

Complexa somno corpora operiuntur, ac suavi quie i. t. Dicantur.

Prisc. 6. p. 703.

EX INCERTIS.

1.

Magni metûs tumultus pectora possidet. i. s.
N. v. metus masculini et foem.

Protesilaus Euripidis et Anaxandridae memoratur a Graecis. (Anaxandridae Protesilaus tel commemoratur ab Athenaeo, 4, 131, a — f; 12, 553, d, e; 15, 689, f. Perlepidus horum locorum primus est, quo fuse describitur Iphicratis convivium nuptiale ap. Cotyn, Thraciae regem.) Delr. Exstant istarum fabularum reliquiae, praesertim Euripideae. Hujus, quam versamus, *fr.* 1. Ald. aliaeque edd.: Ennius Protesilao, demia gracilentis colorem, dum etc. Med.: denuo grac. fit. V.: Ennius Protesilaodamia: Gracil. colorem, Idem: Ex hoc gracil. fit. Mercer. quoque, tanquam ex libris: Naevius Protesilaodamia: Gracil. etc. Et Scriv.: Ex Protesilaodamia, cum duas inscriptiones a personis primarum et secundarum partium habeant plures veterum fabulae, unam ejusmodi, h. e. ex duobus nominibus conflatam, nulla, quod sciam. Cf. Brunck. ad Sophoclis Νίπτρα et nobis notata ad Laodamiae Livianae fr. 2. Scripserim equidem hoc loco ap. Nonium: Naevius Protesilao:

Dem jam macilentis colorem, dum ne *ex hoc macilens* siet. h. e. Concedam tibi de colore macilenti hujus, (malûm esse,) dum ne ex hoc (ex hac re, amore fortasse,) macilens sit. Raptum ne a vicinis vocibus; sit, siet, fit saepius confusa. — 2. V.: In eum irruunt cachinnis: ioca, dicta, usitant, h. e. usurpant, voce obsoleta, sed quae Naevianum aevum non dedeceat. Malim: In eum ruunt (active) cach., j., d., visitantes. Ortum in- ex m littera praegressa, sicut passim alibi; r et v non semel inter se commutata sunt in libris. Obrutus ille dicitur, quisquis fuit, visitantium cachinnis, jocis, dicteriisque. Vel sic scribas licet: Ineunt, inruunt, cach., j., d. missitantes, sicut dicimur vocem, orationem, signum mittere sive emittere. Nam etiam m, n, r, litterae permixtae deprehenduntur in codd. — 3. Quie, quiei, pro quicti; nisi Rigantur scribendum sit cum Vossio. Sed ferri sane potest Dicantur.

Digitized by Google

2.

Eccum venire video ferme injuria. i. s.
Varro de L. L. 6. p. 80. (98.)

3.

Quocirca coelum, qua tuimur, dictum templum. Sic: *Contremuit templum magnum Jovis altitonantis.* id est, ut ait *Naevius* in Hemisphaerio ubi terra caerulo septum stat.
Varro de L. L. 6. p. 66. (81.)

4.

Neminem vidi, qui numero sciret, quod scito est opus. t. t. c.
F. v. numero, p. 288, 16. Fragm. p. 10, 24.

5.

Male parta male dilabuntur.
F. v. partus, p. 325, 14.

6.

*Simul alius aliunde rumi*tant inter *se.*
F. v. rumitant, p. 463, 2. Fr. p. 40, 9.

7.

Trionem hic moderatur rusticus.
Isidor. Orig. lib. 12. c. 1.

8.

Capesset flammam Volcani topper.
F. v. topper, p. 573, 6. Fr. p. 76, 5.

Incert. fr. 2. Fort.: Eccum venire video. Ferme injuria est. Ceterum recte V.: Non puto, inquit, de hoc vel aliis ejus farinae laborandum, ubi etiam inscriptio atque argumentum fabulae nescitur, quae ad veram lectionem saepe ducunt. — 3. Scribendum certe septa, fierique potuit, ut ab hoc vocabulo novus versus inciperet troch. t. c. Scriv. secundum Scal., sed ita, ut fateatur, mendis scatere hunc Varronis locum:
Hoc ubi aethrâ caerulâ septum stat hemisphaerium,
quae in vett. excusis investigasse se dicit Scal., negatque, id quod quidam velint, Naevii carmen aliquod inscriptum fuisse Hemisphaerium. — 4. Sic idem Scal., et recte quidem, nisi forte scribendum sit qui scito dopust, quod vicinius librorum lectioni sciret, quique scit id est opus. Similiter, emendatus ab eodem, Turpilius Demetrio ap. Non. v. numerum:
Nunquam quemquam numero vidi fácere, quod facto est opus.
— 5. Plaut. Poen. 713. Male partum male disperit. — 6. Malit V.: S. alius aliud r. Inter se; sive, ut senarius sit, S. al. aliud inter sese rum. Rumito est a Rumo. Vett. glossae: Adrumo, conrumo, φημίζω, vulgo. Fest.: Adrumavit, rumorem fecit, sive commurmuratus est. Cf. ibi interpp. et Voss. Etymol. lat. l. v. rumor. —

Digitized by Google

9.

Jus sacratum, Jovis jurandum sagmine.

F. v. sagmina, p. 472, 21.

10.

Scapos atque verbenas sagmina sumserunt.

Ibid. vers. 18.

11.

Mare interbibere.

Isidor. Orig. lib. 5, cap. 26.

12.

Tantum ubi molae crepitum faciebant, tintinnabant compedes. i. t.

F. v. titinnire, p. 570, 8. Sched. p. 92. 10, ubi Dacer. in ordine tintinnare.

13.

Haec quidem mehercle, opinor, praefica est, quae sic mortuum conlaudat.

F. v. praeficae, p. 364, 13.

14.

In montes, ubi venti frangebant locum.

Isidor. Orig. lib. 14. c. 8. v. Confragas.

9. Opportune Dacer. laudat Liv. Histor. 50, 45. Cf. 1, 24. W. Voss. Etymol. v. sagmina: Mihi maxime placet Festi sententia (sagmina a sanctus derivantis, „quia ex loco sancto arcebantur a consule, praetore ve, legatis proficiscentibus ad foedus faciendum, bellumque [malim bellumve] indicendum; vel ab sanciendo, i. e. confirmando.), ut dicantur sagmina quasi sanctimina, vel sancimina. Veteres sane sacmen scribebant ante inventum G etc. Festus ibid.: Sagmina vocantur verbenae, i. e. herbae purae, quia ex loco sancto etc. — 10. verbenas, verbenae. — 12. Priore loco sic legitur: Titinnire est apud Naevium hoc modo: Tantum ubi molle crep. fac., titinnabant c. In Schedis autem sic: Tintinnare (vel titinnare) est ap. N. h. m. T. ibi molae cr. f., tintinnabant c. Molae recte probat Dacer., ut, ubi tantillum strepitum ediderint molae, servorum, qui illas versarent, tinnasse dicantur compedes. Crepitum, inquit, vocat Naev., quem strepitum Ennius: Quo nunc me ducis; (? β) Ubi molarum strepitum audibis maximum. — 13. Videntur haec esse ex comoedia. Sic autem scripserim, numeris restitutis: — Haec quidem *hercle*, opinor, praefica est, t. t. c. Quae sic mortuum conlaudat. — — 14. Isidor.: Confrages loca, in quae undique venti currunt (incurrunt), ac saxa franguntur, ut Naev. ait: In montes etc.

Digitized by Google

15.

Etiam qui res magnas manu saepe gessit gloriose,
Cujus facta viva nunc vigent, qui apud gentes solus
Praestat, eum suus pater cum pallio uno ab amica abduxit.
Gell. 6, 8.

16.

Sane à suo sonitu claro fulgurivit Jupiter.
N. v. fulgurivit.

17.

Expirante vapore vides unde ignes cluet mortalibus diveis.
Varro de L. L. 6. p. 67.

15. Etiam haec socco incedere dicas, non cothurno. Ceterum videntur hi versus Saturnii, quos sic digeras, fere ex sententia Osanni Anal. crit. p. 145:

Etiam qui
Manu res magnas saepe gessit gloriose,
Quojus facta viva vigent nunc, qui apud gentes solus
Praestat, eum suus pater cum pallio uno ab amica
Abduxit.

Sub ictu positum qui ante apud. Osann. l. l.: „Singulari," inquit, „XII. tabularum lege, de qua adeas Cic. de republ. ap. Augustin. de Civ. Dei 2, 9, cautum erat, ne principes civitates carmine palam laederentur: cf. Auct. Rhetor. ad Herenn. 2, 13, 19. Quam Naevius legem quum posthabuisset, in carcerem conjectus est, teste Gellio 3, 3, ubi v. Gronov. Scipionem enim Africanum et Metellos Naevius calumniosis in scaena dictis perstrinxerat, quae adhuc servantur ap. Gell. 6, 8, ubi Scipionem Saturniis versibus calumniatur (?) ita refingendis:

Etiam
Qui res m. m, s. g. gl.;
Cujus f. v. vig. nunc; qui a. g. s.
Pr.: eum s. p. c. p. u. ab am.
Abd.

Cf. Cic. l. l. et ipsum Augustin. 2, 12. De Naevii dictis in Metellos invidiosis v. Terent. Maur. p. 2439. Attil. Fortunat. p. 2679. Ascon. ad Cic. Verr. 1, 10." — 16. Restituamus trochaicum t. c., scribendo S. a summo son. c. f. J. — 17. Corruptus locus. Varro: Et Naevius: Expirante etc. Sed Scal., praegressis apud eum scriptorem jungenda haec existimans, inde exsculpit Aetnaea vi spirante, et, in partes vocato Cicerone Tuscul. Quaest. 2, 10, utriusque verba ita miscet atque refingit, ut neutrum agnoscas. Sic enim jubet scribi, usurpatis anapaesticis dim.:

Aetnaea vi spirante vapor
Fervidus: unde ignes mortalibus
Divisse cluet doctu' Prometheus
Clepsisse dolo, poenasque Jovi
Fato expendisse supremo.

E quibus ista quidem doctus — supremo recte accepta sunt a viro eruditissimo; sed cetera quis praestet? Quare nos satis habebimus scripsisse ignis et cum aliis dives, cum divis

Digitized by Google

18.

Quam nunquam vobis Graji atque Barbari . . . . i. s.
Cic. Orat. 45.

19.

Vos, qui adcolitis Histrum fluvium atque Algidum. i. s.
Ibidem.

20.

Struix malorum.
Serv. ad Aen. 4, 267.

21.

Libera lingua loquemur ludis Liberalibus. t. t. c.
Fest. v. Liberalia, p. 204, 8.

22.

Odi *summussos: proin* aperte dice, *quid sit*, *quod* times. i t.
F. v. summussi, p. 546, 4. Fr. p. 53, 6.

23.

Naevius patrem suum optimum appellat supremum.
Varro de L. L. 6. p. 74.

24.

Pisatilem appellat *Naevius* Pantaleontem, e Pisis oriundum tyrannum, cum alioqui inde profecti nunc Pisani dicantur.
F. v. Pisatilem, p. 384, 4. Sched. 89, 11.

prorsus abhorrere videatur ab sententia, unde autem interpretabimur ubi, quam vim habet nonnunquam, locumque ita redigemus in versus Saturnios:

Expirante
Vapore vides unde igni' cluet mortalibu' dives.

Caminum (Lemnium fortasse Vulcani celeberrimum) aliquis alteri monstrans haec dixerit, ignemque divitem vocaverit, cujus ope auro argentoque et reliquis metallis potiantur homines. Expirante vapor, h. e. cum expiret vapor, quo signo ignis locusque agnoscatur. — 18. 19. Exempla versuum hiantium. Cf. Scipionis Ennianae fr. 7. — 20. Comica haec quoque videntur Vossio, et recte. — 22. Summussi dicti a mussando. Fest.: Summussi dicebantur murmuratores. Paulus incorrupte: Summussi, murmuratores. Frustra Scal. et Scriv.: Summissi. Ceterum depravatis numeris legitur proinde et siet. — 23. Scal.: Ita explebitur Saturnius versus: Jovem patrem s. o. a. s. — 24. Pantaleon, Omphalionis filius, Pisanorum in Peloponneso dux fuit, Messeniis auxiliatorum bello altero illorum adversus Lacedaemonios, circa olymp. 23, 4, sive 685. ante Christum natum. Vid. Strabo 8, 4. extremo. Schedae Pisalitem, quod nescio quomodo probat Dacer. An Pantaleonem Naevius dixerat Pisâ alitem, qui confestim Pisâ in Messeniam cum copiis advolasset? Sic propemodum existimo, facileque pisaalitem mutatum fuerit in pisalitem, et hoc porro, litteris initialibus syllabarum inter se commutatis, ut passim factum, in pisatilem.

Digitized by Google

25.

Sesèque ii perire mavolunt ibidem Saturn.
Quam cum stupro redire ad suos popularis.

F. v. stuprum, p. 534, 1. Fr. 59, 35.

26.

Sin illos deserant fortissimos viros, magnum stuprum populo fieri pergetis.

Ibid.

27.

Pati necesse est multa mortalem mala. i. s.

Hieronymus in epitaphio Nepotiani.

28.

Hac, qua Sol vagus igneas habenas
Immittit propius jugatque terrae.

Macrob. Sat. 1, 18.

29.

Amborum *(Anchisae et Aeneae) uxores* noctu Troia de exibant, capitibus opertis, flentes ambae, abeuntes lacrumis cum multis.

Serv. Petri Daniel. ad Aen. 3, 1.

30.

Cum tu arcitenens sagittis pollens dea . . . .

Macrob. Sat. 6, 5. circa finem.

Quodsi hoc placet, aliquid humani passus hic est Pompejus noster, sicut subinde Nonius. — 25. Stuprum veteres isti quamlibet turpitudinem dixerunt, unde in Glossis exponitur μιασμός, ut monet Dacer. Versu 2. redire non elidendum, scribendumque fortasse est redired, nisi a Naevio fuerit rebitere, cujus illud sit glossema. — 26. Haec in hunc modum scribas licet, ut fiant iambici senarii:

Sin illos desereti' viros fortissimos,
Magnum stuprum pergetis populo fieri.

In Fragmento legitur pergentis, per oscitationem, nisi fallor, librarii. — 27. Eurip. Antiopae fragm. ap. Stob. tit. 95: Πολλὰ ἐξῆν ἀνθρώποισιν, ὦ ξένοι, κακά. — 28. Haec non redolent seculum Naevianum, putoque sane memoria falsum esse bonum virum Macrobium. — 29. Saturniorum haec habent speciem. Sic scribamus:

Amborum
Uxores noctu Troade exibant, capitibus
Opertis, flentes ambae, lacrumis cum multis.

Troade Vossio debetur; abeuntes putida explicatio est, posito in proximis verbo exibant. — 30. Jambicus senarius hic erit versus, si vocabulum arcitenens penultima ejus sede posuerimus.

Digitized by Google

(Quae hic leguntur apud Scriverium, fragmenta haec: 1) *Dictatot ubi* etc. 2) *Risi egomet* etc. 3) *Diabathra* etc. 4) *Namque nullum pejus macerat* etc. 5) *Laetus sum laudari* etc. 6) *Hectore proficiscente* etc., denique 7) verba *Atque prius pariet* etc., posita sunt a nobis 1) inter Ennii Incert. 7; 2. et 3) Lycurg. 1; 4) Livii Andron. Incert. 37; 5, 6) Ennii Hector. Lytr. 18, 19; 7) Ennii Incert. 1. Monet Vossius, confundi solere a librariis nomina Laevii, Naevii et Novii, Atellanarum scriptoris. Adde etiam Livii Andr. et Ennii.)

Digitized by Google

IV. DE M. PACUVIO

TESTIMONIA VETERUM SCRIPTORUM.

Hieronymus in Chronico Euseb., ex Suetonio de claris Poëtis.

Numero Eusebiano MDCCCLXIII, olympiadis CLVI. anno II. *Pacuvius* Brundusinus tragoediarum scriptor clarus habetur, [Ennii poëtae ex filiâ nepos,] vixitque Romae quoad picturam exercuit ac fabulas vendidit. Deinde Tarentum transgressus. *(Verba uncinis inclusa non leguntur in Scaligeri editione. Cf. testimonia de Ennio in fine, et sequentem Plinii Majoris locum. Natus fertur Pacuvius a. U. C. 532, olymp. 139, 3, ante Christum nat. 221; diemque obiisse a. U. C. 623, olymp. 162, 2, ante Christ. nat. 130.)*

Plinius Hist. nat. 35, 4.

Proxime celebrata est in foro Boario aede Herculis *Pacuvii* poëtae pictura. Ennii sorore genitus hic fuit, clarioremque eam artem Romae fecit gloriâ scenae.

Vellejus 2, 9.

Clara etiam per idem aevi spatium fuêre ingenia, in Togatis Afranii, in tragoediis Pacuvii atque Attii, usque in Graecorum [ingeniorum] comparationem evecti, magnumque inter hos ipsos facientis operi suo locum; adeo quidem, ut in illis limae, in hoc pene plus videatur fuisse sanguinis. *(Ruhnkenius in Notis ad Vellejum probat Heinsii conjecturam, Ennii nomen post verbum* locum *forte intercidisse existimantis. Mirum sane, Ennium silentio praeteriri; nec tamen probabile est viri ingeniosissimi commentum.)*

Quinctilian. 10, 1.

Tragoediae scriptores veterum (veterum, *quod omisit*

Digitized by Google

Burm., habent vet. codex Francii, ab Almeloveno inspectus, Gryph. Basil., minimeque inepta vox est.) Attius atque *Pacuvius* clarissimi gravitate sententiarum, verborum pondere, auctoritate personarum. *(Sic idem codex ap. Burmannum.* Vulgo: *et*, vel *atque*, *auct. pers.)* Ceterum nitor et summa in excolendis operibus manus magis videri potest temporibus quam ipsis defuisse. Virium tamen Attio plus tribuitur; Pacuvium videri doctiorem, qui esse docti affectant, volunt.

Gellius 17, 21.

Iisdemque temporibus *(anno Varroniano U. C. 599, olymp. 156. a. 2, vel 1, ante Christ. nat. 155.)* Diogenes Stoïcus et Carneades Academicus et Critolaus Peripateticus ab Atheniensibus ad senatum populi Rom., negotii publici gratia, legati sunt. Neque magno intervallo postea Q. Ennius, et juxta Caecilius, et Terentius, ac subinde et *Pacuvius*, et Pacuvio jam sene Attius, clariorque tunc in poëmatis eorum obtrectandis Lucilius fuit. *(Recte monet Jac. Gronov., de Ennio Gellium errare, 14 quippe annis ante hanc legationem mortuo. Vid. Cic. Brut. c. 20, Cat. maj. 5, in testimoniis vett. de Ennio.)*

Lucilius Sat. lib. 29, 63.

Utrum tristis contorto aliquo ex *Pacuviano* exordio.

Cic. de optimo genere oratorum c. 1.

Itaque licet dicere etc.
(*Videnda eadem testimonia.*)

Idem Tusc. 2, 21.

Pacuvius hoc melius quam Sophocles. Apud illum enim perquam flebiliter Ulysses lamentatur in vulnere. — Intelligit poëta prudens (*Pacuvius*), ferendi doloris consuetudinem esse non contemnendam magistram.

Idem Brut. c. 74.

Mitto C. Laelium, P. Scipionem. Aetatis illius ista fuit laus, tanquam innocentiae, sic latine loquendi; neque omnium tamen: nam illorum aequales Caecilium et Pacuvium male locutos videmus.

Ibidem c. 64.

Quanquam id quidem omnibus usu venire necesse

Digitized by Google

fuit, quibus paulo longior vita contigit, ut et cum multo majoribus natu quam essent ipsi, et cum aliquanto minoribus compararentur. Ut Attius iisdem aedilibus ait se et *Pacuvium* docuisse fabulam, cum ille LXXX, ipse XXX annos natus esset.

Idem de Orat. 1, 58.

Nec quisquam est eorum (*adolescentium*), qui, si jam sit ediscendum sibi aliquid, non Teucrum Pacuvii malit quam Manilianas venalium vendendorum leges ediscere.

Idem de Amicitia c. 7, ex persona Laelii.

Itaque si quando aliquod officium exstitit amici in periculis aut adeundis, aut communicandis, quis est, qui id non maximis efferat laudibus? Qui clamores totâ caveâ nuper in hospitis et amici mei *M. Pacuvii* nova fabula, cum, ignorante rege, uter eorum esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur; Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse perseveraret?

Rhetoric. ad Herenn. 4, 4, §. 7.

— Ita, ut si de tragoediis Ennii velis sententias eligere, aut de *Pacuvianis* periodos etc.

Horat. Epist. 2, 1, 55.

Ambigitur quoties, uter utro sit prior: aufert
Pacuvius docti famam senis, Attius alti.

Persius Satir. 1, 77.

Sunt quos *Pacuviusque* et verrucosa moretur
Antiopa, *aerumnis cor luctificabile fulta.*

Dialogi de Oratoribus cap. 20.

Exigitur enim jam ab oratore etiam poëticus decor, non Attii aut *Pacuvii* veterno inquinatus, sed ex Horatii et Virgilii et Lucani sacrario prolatus.

Martialis Epigramm. 11, 91.

Attonitusque etc. (*Vid. testimonia de Ennio.*)

Gellius 7, 14.

Et in carmine et in soluta oratione genera dicendi

Digitized by Google

probabilia sunt tria, quae Graeci χαρακτῆρας vocant, nominaque eis fecerunt ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον: nos, quem primum posuimus, *uberem* vocamus, secundum *gracilem*, tertium *mediocrem*. *Uberi* dignitas atque amplitudo est; *gracili* venustas et subtilitas; *medius* in confinio est utriusque modi particeps. — Vera autem et propria hujuscemodi formarum exempla in latina lingua M. Varro esse dicit ubertatis *Pacuvium*, gracilitatis Lucilium, mediocritatis Terentium.

Idem 13, 2.

Cum *Pacuvius*, — grandi jam aetate et morbo corporis diutino affectus, Tarentum ex urbe Roma concessisset: Attius, tum haud parvo junior, proficiscens in Asiam, cum in oppidum venisset, devertit ad *Pacuvium*; comiterque invitatus, plusculisque ab eo diebus retentus, tragoediam suam, cui *Atreus* nomen est, desideranti legit. Tum *Pacuvium* dixisse ajunt, sonora quidem esse, quae scripsisset, et grandia; sed videri ea tamen sibi duriora paulum et acerbiora. Ita est, inquit Attius, uti dicis; neque id sane me poenitet: meliora enim fore spero, quae deinceps scribam. Nam quod in pomis est, itidem, inquit, esse ajunt in ingeniis, quae dura et acerba nascuntur, post fiunt mitia et jucunda etc.

Idem 1, 24.

Epigramma *Pacuvii* verecundissimum [et purissimum], dignumque ejus elegantissima gravitate:

Adulescens, tametsi properas, te hoc saxum rogat,
Uti ad se adspicias; deinde, quod scriptum est, legas.
Hic sunt poëtae Pacuvi Marci sita
Ossa. Hoc volebam: nescius ne esses. Vale.

(Libri *Pacuuii Marci*, non *Marci Pacuvii*, quod placet Scaligero in Catalectis et Carrioni. Gronov.: De industria, inquit, saepe sic ordinem nominum invertisse antiquos, ad Livium et Senecas diximus.)

Diomedes 3, p. 482. sequ.

Satura dicitur carmen ap. Romanos nunc quidem maledicum et ad carpenda hominum vitia archaeae Comoediae charactere compositum, quale scripserunt Lucilius et Horatius et Persius; sed (Putsch. et, h. e. set) olim carmen, quod ex variis poëmatibus constabat, Satura vocabatur, quale scripserunt *Pacuvius* et Ennius.

Digitized by Google

Ibidem p. 487.

Togata praetextata a tragoedia differt, quod in tragoedia heroës inducuntur. *Pacuvius* tragoedias nominibus heroïcis scripsit Duloresten, Chrysen et his similia. Item Attius. In praetextata autem scribitur Brutus, vel Decius, vel Marcellus.

M. PACUVII

ANCHISES.

Id promontorium, i. s.
Cujus lingua in altum projicit.
Gell. 4, 17.

ANTIOPA.

1.

Salvete gemini, mea propages sanguinis. i. s.
N. v. propages.

Anchises. Laudat Euripidis Anchisen Stob.; Anaxandridis Athen. (Anaxandridae locus ex Anchise extat apud Athenaeum 6, 263, b.; qui locus sic se habet:

Οὐκ ἔστι δούλων, ὦ γαθ', οὐδαμοῦ πόλις,
Τύχη δὲ πάντα μεταφέρει τὰ σώματα·
Πολλοὶ δὲ νῦν μέν εἰσιν οὐκ ἐλεύθεροι,
Εἰς ταὔριον δὲ Σουνιεῖς, εἶτ' ἐς τρίτην
Ἀγορᾶ κέχρηνται· τὸν γὰρ οἶακα στρέφει
Δαίμων ἕκαστῳ.

Ἀγορᾶ κέχρηνται, utuntur foro. Terent. Phorm. 1, 2, 29: „Scisti uti foro; ubi vetus interpres: Secundum illos negotiatores, qui ante locum commercii non praescribunt, quanti vendant, quae advehunt; sed secundum annonam fori, quam deprehenderint, consilium de vendendis aut non vendendis mercibus summunt.“ Dicit igitur Comicus, multos hodie quidem esse servos, cras autem cives, quamvis infimae sortis, quales cum Schweighaeusero intelligam Sunienses, perendieque evadere homines, qui sciant uti foro, i. e. callidos negotiatores.) Materia fulminatio Anchisae, de qua Virg. Aen. 2 (1, 648.). Delr. Ibi Serv.: Fulminatus est Anchises, quia se cum Venere concubuisse jactabat. Anchisae fr. Idae prom. malit V., Ida prom. Nic. Heins. ad Virg. Aen. 10, 587, ubi de hac potestate verbi projicere disserit pluribus, ut monet E. C. A. Otho ad h. l. Lingua Longol.; projicit, projicitur. Gron., omisso Id, vulgatum linguam servavit; neque aliter J. L. Conradi in ed. Lips. a. 1762. Cujus μονοσυλλάβως pronuntiandum est.

Antiopae 1. Historiam fabulae narrat Hygin. fab. 8, multis illustrat Valck. Diatrib. de Euripidis fragm. c. 7. Altercantes

Digitized by Google

2.

Frendere noctes, misera quas perpessa sum. i. s.
Non. v. fremere et frendere.

3.

Fruges frendo solas, ac sic probo re.
Ibidem.

4.

Nonne hinc vos propere stabulis amolimini? i. s.
N. v. amolimini.

5.

Sed cum animo attendi, adquaerendum quid siet. i. s.
N. v. attendere.

6.

Minitabiliterque increpare dictis saevis incipit. t. t. c.
N. v. minitabiliter.

7.

— Sol si perpetuo siet, t. t. c.

inducebantur a Pacuvio (secundum Euripidem) Zethus et Amphion; ille gloriae, quam ex musica pepererat sibi Amphion, invidebat, eamque artem vituperabat; hic sapientiam et philosophiam praedicabat. Cic. de Orat. 2, 37, §. 156: Miror, cur philosophiae, sicut Zethus ille Pacuvianus, prope bellum indixeris. Ubi vid. clariss. Schütz. vol. 2. p. 2. pag. 174. Rhetoric. ad Herenn. 2, 27: Verendum est ne de alia re dicatur... uti apud Pacuvium Zethus cum Amphione, quorum controversia cum de musica inducta sit, disputatio in sapientiae rationem et virtutis utilitatem consumitur. W. Sic Antiope, forte agnita a filiis geminis Zetho et Amphione. Cf. Apollod. 3, 5. — 2. Ita Ald. Mercer.; sed Mediol. et Jun. Majus aliique nonnulli: miseras. — 3. Edidit Mercer. Fruge — probo re. Inde hoc facias Fruges frendo solas ac sic praebere, quibus verbis nullum apparatum coenae aliquis excusaverit rusticus apud Antiopen, devertentem ad se in fuga. Magno conatu V.: Fruges frendo solas (vel potius solus) saxi robore; Nic. Heins. ad Ovid. Medic. fac.: Fruges frende molae saxis probe. Nostrum commentum magis facit ad verba Nonii, qui hinc quoque probat, frendere valere interdum cum gemitu vel iracundia miserum aut minax sonare. Quanquam fieri potest, ut aliqua exciderint, quibus haec a priori notione separaverit Non., quae est Vossii conjectura. Et sane in utrimque vicinis Planti Attiique frendere est frangere. — 5. Edunt separatim ad quaerendum. Nobis antiquo more adquaerendum scriptum videtur pro adquirendum. Vid. Pontederae libell. de veteri scribendi ratione in Scriptt. de re rust. a Schneidero editis, Broukhus. ad Propert. 2, 2, 11, Tibull. 1, 7, 44. Non eliditur attendi, praesertim in commissura versus, ut frustra suadeat V. quid id siet. — 7. Varro l. l.: Verum enim est illud Pacuvii: sol si perpetuo sit, aut nox, flammeo vapore aut frigore terrae fructus omnes interire. Apud Festum et

Digitized by Google

Flammeo vapore torrens terrae foetum exusserit;
Si nox, frigore terrae fructus omnes *interbiterit*.
Varro de re rust. 1, 2. Fest. v. torrens p. 574, 6. Fragm. p. 76, 16. Isidor. Orig. 13, 21.

8.

Loca horrida initas.
Diomed. 1. Putsch. p. 336, 3.

9.

— Perdita inluvie atque insomniâ.
Charis. 1. p. 78.

10.

— — — Cervicum a. d.
Floros dispargite crines. a. paroem.
Serv. ad Aen. 12, 605.

11.

Nam Pacuvianus Amphio
Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera, i. s.
Capite brevi', cervice anguina, adspectu truci,
Eviscerata, inanima, cum animali sono,
cum dixisset (dixit) obscurius, tum Attici (Attice) respondent:
Non intelligimus, nisi *si* aperte dixeris.
At ille uno verbo:
Testudo.
Non potueras hoc igitur a principio, citharista, dicere?
Cic. de Divinat. 2, 64. Tertullian. de Pallio.

Isidorum leguntur tantummodo verba Flammeo v. t. t. f. exusserit, nec reliqua Pacuvii esse putat Dacer. in nota ad Festum, sed a Varrone addita, qui saepissime non tam verba quam sententias proferat scriptorum. A quo cum recte dissentire nobis videretur doctissimus W., haec utcunque restituere conati sumus. — 8. horrida. Scriv. aliique: arida. — 10. Intelligendus Serv. Fuldanus: nam in ed. Virgilii atque Servii, quam curavit Rob. Stephan. Paris. 1532. haec tantum leguntur: „Flavos Lavinia crines. Antiqua lectio Floros habuit, id est florulentulos (florulentos), pulchros: et est sermo Ennianus." — 11. Vulgatum brevi in numeros incurrit; dixisset soloecum est; nec, quid rerum gerant Attici cum Amphione, exputaveris; sed Attice isti respondent, h. e. bene. Quinctilianus Instit. orat. 12, pag. 1092. ed. Burm.: Melius de hoc nomine (Attici) sentiant, credantque, Attice dicere esse optime dicere. Postrema verba facile in senarii formam redigas vel hoc modo:
Non potueras hoc a principio dicere?
Vel hoc:
Testudo. ß Non hoc a principio dicere
Potueras?
Appellatio citharistae comoediam decet, tragoediam non decet, estque procul dubio a Cicerone. —

Digitized by Google

12.

Adversum erit *(genus argumentationis)*, quod ipsi causae aliqua ex parte officit: — ut Amphion apud Euripidem et *Pacuvium*, qui, vituperata musicâ, sapientiam laudat.

Cic. de Invent. 1, 50.

13.

Amphionem et Zethum Euripides et apud nos *Pacuvius* Jovis ex Antiopa, Nyctei filia, natos ait cantando coluisse armenta vocare.

Probus in Virg. eclog. 2, 23.

14.

Aerumnis cor luctificabile fulta.

Vid. Persii locum in testimoniis de Pacuvio.

15.

Ita septuose etc. Vid. Livii Antiopa.

16.

Agite, ite, etc. Vide Incert. 34.

ARMORUM JUDICIUM.

1.

— Qui sese adfines esse ad causandum volunt, t. t. c. De virtute his ego cernundi do potestatem omnibus.

N. vv. causari et cernere.

2.

— Pro imperio agendum est. Quis vetat? t. t. c. Quisve attollat?

N. v. attollere.

13. coluisse. Potuisse malit V., sed scribendum est soluisse, quae forma prisca non semel oblitterata est. C et S litterae commutantur inter se in codd. Dederat hoc fortasse Tragicus:

Zethus et Amphion cantando armenta vocare soluĕrunt. t. t. c. — 14. Videri hic potest capite truncatus hexameter heroïcus; sed magis puto, esse partem dimetri anapaestici cum clausula consueta, sive anapaestico paroemiaco (Cor luct. f.) — 15. Scriv. in notis ad Pacuvii trag. reliquias p. 88: „Ita septuose ete. Nonius. ubi vulgo Livius Antiopa, sed MSS. Pacuvius Antiopa.“

Armorum Judicium. Vertit ex Aeschylo. Vide Q. Smyrn. lib. 5. et Ovid. Metam. (lib. 13.) Dekr. *Fr.* 1: male Mercer. aliique: Q. s. adfinem esse etc. Edicit Agamemnon proceribus Graecorum, ut certent de armis Achilleis. Cf. fr. 10. — 2. Verba Menelai, cum Teucer fratris Ajacis corpus peteret ad sepulturam. Quis vetat? quis vetat me et fratrem Agamemnonem agere pro imperio? quisve attollat corpus? Frustra hic laborant viri docti. —

Digitized by Google

3.

Pacuvius Armorum judicio, prologo: *Nunc poenitebunt, libunt liberi grato ex loco.*

N. v. poenitebant.

4.

Quod ego inaudivi, accipite et, quid sit facto opu', decernite. t. t. c.

N. v. inaudire.

5.

— Seque ad ludos jam inde abhinc exerceant.

Charis. l. 2. in abhinc, p. 175.

6.

— Et aequom et rectum est, quod postulas: i. s.
Jurati cernant.

N. v. cernere.

7.

— Dic, quid faciam. Quod me moneris, effectum dabo. t. t. c.

N. v. moneris pro monueris.

5. Sic plane Mercerus; nec video causam, cur de veritate verbi prologo dubitetur. Legas velim notata ad Livii Andron. Incert. 17. Sed Pacuvii verba depravata sunt, scribendumque est me judice N. poen., si ibunt liberi ingrato ex loco. Quodsi igitur haec ex Pacuvii persona dicta sunt, se, liberum hominem, h. e. liberalem, sensaque animi haud timide profitentem, denuntiat secessurum ab ingrato loco, Roma. Hieronymus loco posito inter testimonia de hoc nostro Romae vixisse hominem ait, quoad picturam exercuerit ac fabulas vendiderit. Ex Cicerone autem (Brut. c. 64.) novimus, simul eum cum Attio fabulam docuisse, cum hic XXX. annos natus esset, ipse vero octoginta. Unde apparet, blandiente successu paulo diutius in istis suis artibus se exercuisse bonum virum Pacuvium, cumque juniores accessissent, qui magis placerent, eos libere vituperasse (cf. Gell. 13, 2.), tandemque taedio imminutae gloriae et deficientis lucri Tarentum se contulisse. Haec sane probabilia, si quid sentio; neque abhorret ab ea sententia V., abhorret Hugo Grotius, qui Ajacem in ipsa fabula, cum manus sibi afferre statuisset, locumque huic rei quaereret solitarium, ita dixisse putat:

Pol nunc poenitebunt, si ivit liber ignaro loco,

comparatque his Sophoclea ista

Μόλων δὲ χῶρον ἔνθ' ἂν ἀστιβῆ κίχω.

Ignarum locum interpretatur ignotum, ut loquitur Tacitus etc. Lenior fuisset ratio, si scripsisset Nunc, nunc poenitebunt, si ibunt liberi ingrato ex loco. Verisimilius tamen, nisi fallor, nos. De confusis l et s litteris cf. Naev. Lycurg. 17. — 6. Cave elidas rectum. Apud Mercerum non leguntur verba et rectum, per oscitationem, puto, operarum. — 7. Libri omnes: da; quod merito miratur V. —

Digitized by Google

8.

An quis est, qui te esse dignum, quicum certetur, putet? t. t. c.

N. v. certatur pro certat.

9.

— Si non est ingratum reapse, quod feci bene. t. t. c.

F. v. reapse, p. 424, 5. Fragm. p. 44, 14.

10.

Qui viget, vescatur armis, ut percipiat praemium. t. t. c.

N. v. vesci.

11.

Feroci ingenio, torvus, praegrandi gradu. i. s.

F. v. torvitas, p. 574, 18. Fr. p. 76, 32.

12.

Cum recordor ejus ferocem et torvam confidentiam. t. t. c.

Ibidem.

13.

Nam canis quando est percussa lapide, non tam illum adpetit, t. t. c.

Qui *sese* icit, quam illum eum ipsum lapidem, qui ipsa icta est, petit.

N. v. icit.

14.

— Nilne ad te de judicio armûm accidit? t. t. c.

Cic. Orat. c. 46.

15.

Pandite valvas, *removete seras*, a. d.

Ut complectar. . . .

Fest. v. reserari, p. 443, 19. Fr. p. 46, 2.

16.

Tuque te desidere *mavis residem*, *at contra* nos hic esse in *labore*.

F. v. reses et residuus, p. 443, 24. Fr. p. 45, 22.

8. Verba Ajacis ad Ulyssem. V. Perperam autem N. accipit certetur. — 10. Vescatur, utatur. — 11, 12. Sermo procul dubio est de Ajace. — 13. Soloecum illum eum ipsum, nec satis est scripsisse eum Vossio eumpse pro eum ipsum. Hanc existimo esse Pacuvii manum: — icit quamde eumpse lap. Ceterum recte V. sese pro se, quod non sufficit versui. — 14. Inusitatius contractum armûm, ut monet Cic. — 16. Sic fortasse scribendum est:

— — — — Tuque te t. t. c.

Desidere mavis residem, at contra hic nos esse in labore. t. t.

Digitized by Google

17.

Men' me servasse, ut essent, qui me perderent? i. s.
Sueton. Caes. c. 84.

ATALANTA.

1.

Regi ut memorabis, nunc regnum potitur transmissu patris. t. t. c.
N. v. potior illam rem.

2.

— Dubito, quam insistam viam, i. t.
Aut quod primordium capissam ad stirpem exquirendum.
N. v. stirpem.

3.

Gradere atque atrocem coërce confidentiam. i. s.
N. v. confidentia, p. 262.

4.

Nam quod conabar, cum interventum est, dicere i. s.
Nunc expedibo.
N. v. expedibo, p. 505.

17. Primus me delevit Casaubonus, tanquam supervacuum, cum vel Memet scribi posset, vel ἐμφατικῶς Me, me. Neque enim placet versus ἀκέφαλος, et me legitur in apographis omnibus Tranquilli.

Atalantas comoedias scripsere Epicharmus et Phormus, teste Athenaeo; et multa (?) hic Comicae laetitiae. potuit tamen esse tragoedia de certamine procorum cum virgine Schoeneïde, ejusque infelici morte: idque confirmat Ovid. eleg. 1. lib. 2. Trist. (v. 599.); quem consule (etiam) 10. Metam. (v. 560.) et Musaeum de Hero et Leandro, et Apollonii Schol. in lib. 1. 769. Delr. (Athenaeus 14, 618, d: Ἡ δὲ τῶν ἱστουργούντων φδὴ ἔλινος, ὡς Ἐπίχαρμος ἐν Ἀταλάντῃ ἱστορεῖ. Nam ita scribendum, neque verum est, quod vulgo legitur vitio scripturae continuae (Ἀταλάντημιστορεῖ, Ἀταλανταισιστορεῖ) ἐν Ἀταλάνταις ἱστορεῖ, quasi de duabus simul Atalantis unam eandemque fabulam composuerit Epicharmus; quod cras fortasse credam, non hodie. Recte Etymol. magn. v. Ὀρίγανον, p. 630, l. 50: Ἐπίχ. ἐν Ἀταλάντῃ. Aeque vitiosum videatur, quod habet Athen. 14, 652, a, hoc: καὶ Φόρμος ὁ κωμικὸς ἐν Ἀταλάνταις, cujus Atalantam commemorat Suidas.) Sane non unius haec fabulae fragmenta existimanda sunt, sed minimum duarum de utrâque Atalantâ scriptarum; quanquam nonnulla in neutram quadrant. *Fragm.* 1. Scribendum videtur Regi ut memoravi, is nunc etc. Tralaticia b et v litterarum commutatio. — 2. Vitiose Non. Dubitam — astirpem exquirentem. — 3. Contra fidem librorum legitur Grandem atque etc. Coërce dissyllabum est, ut monet V. —

Digitized by Google

5.

Triplicem virili sexu partum procreat. i. s.
F. v. sexus, p. 505, 12. Fr. p. 67, 25.

6.

Suspensum in laevo brachio ostendo ungulum. i. s.
F. v. ungulus, p. 595, 13. Sched. p. 94, 25.

7.

Habeo ego istam, qui distinguam inter vos geminitudinem. t. t. c.
N. v. gem.

8.

— Quas famulitas, vis, egestas, fama, formido, pavor . . . t. t. c.
N. v. famulitas.

9.

Mortem ostentant, regno expellunt, consanguineam esse abdicant. t. t. c.
N. v. abdicare.

10.

Parentûm incertûm investigandûm gratiâ. i. s.
N. de numeris et casibus, p. 495.

11.

— Omnes, qui, tanquam nos, serviunt i. s.
Sub regno, callent domitum imperio metuere.
N. v. callet, p. 257.

6. Fest.: Ungulus Oscorum lingua annulus etc. Dacer.: Plin., inquit, lib. 33, cap. 1: Miror Tarquinii ejus statuam sine annulo esse. Quanquam et de nomine ipso ambigi video: Graeci a digitis appellavere; apud nos prisci ungulum vocabant, postea et Graeci et nostri symbolum. Putat Voss. (Etymolog. L. L. v. unguis) non Oscum, sed latinum, ab uncus (quia curvus est), unculus, postea ungulus. Cf. Ilionae fr. 12. — 8. Quas etc. Intelligendum premit, vel simile quiddam. Scribe egestas famae, infamia. Sic egestas animi etc. — 9. ostentant. Ita dicitur ostentare bellum, caedem, formidinem, etc., h. e. minari. Itaque frustra V. aliique malunt intentant. Probat hoc exemplo N., abdicare non solum de patris facto dici, quod est familia expellere, sed rem quamlibet negare. — 10. Conveniunt haec Atalantae, Iasii filiae, quam natam exponi pater jussit in Arcadiae monte Parthenio. Vide Apollod. 3, 9, etc. — 11. Mercerum maluisse ait V. (nam in notatis ejus ad Nonium nihil tale), sed maluisse illum dicit dominûm imperia. Accipiam imperia, sed pro domitum malim domiti, sequentem syllabam im- vocabulo adhaesisse ratus, qualibus vitiis scatent codd. antiqui. Nec nolim servari imperio, ut domiti imperio callere dicantur metuere. —

Digitized by Google

12.

Nil sollicita, studio obstupida, suspenso animo, civitas. t. t. c.
N. v. Inter urbem et civitatem etc. p. 429.

13.

Ubi ego me gravidam sentio adgravescere i. s.
Propinquitate parti.
N. v. parti et partuis, p. 486.

14.

Dolet pigetque magis magisque, me conatum hoc nequidquam itiner.
N. v. itiner, p. 490.

15.

Quae aegritudo insolens mentem attentat tuam? c. t.
N. v. insolens, p. 322.

16.

Super satis agere, ut ne in*du* mare animum occupes. i. s.
N. v. occupatus, p. 355.

17.

Magnate ut verear loqui porcet pudor.
N. v. porcet, p. 159.

18.

— Quid istuc est? voltum adligat t. t. c.
Quae tristitias?
N. v. tristitias pro tristitia.

12. Probavit mihi suam horum interpunctionem V.: nam Mercer., Scriv., alii: Nil sollicita studio, obstupida etc. — 13. Mercer. habet aggravascere, nescio an per oscitationem operarum: nam nihil monet. — 14. Partes hae fortasse sunt iambicorum senariorum, quorum prior finiatur me pronomine. Quae est Vossii sententia. Sed iambici quoque tetram. hypercatalectici reperiuntur apud hos scriptores. — 16. Potest etiam scribi agered, librorum lectione in servata. Super, superest. Videtur hisce verbis nescio quis dissuadere Atalantae expeditionem in Colchidem cum Argonautis, cui expeditioni altera Atalantarum interfuit. Audacter Grotius:

Satis superque est hacce de re, ut ne in malis animum occupes.

— 17. Scriv.: Magna te, ut vereor, eloqui p. p. Malit V. Mea gnata, vel Mi gnate, et eloqui, quod aliis quoque placuit, prorsusque exigitur a versu. Scribamus licet: Magna a te ut verear eloqui, p. p. A te, pro te, in usum tuum. Vel: Mea, gnate, ut verear etc. Mea, meam vitam atque conditionem; quemadmodum Horat. dixit Epist. 1, 9, 8: Sed timui, mea ne finxisse minora putarer. — 18. Sic N. et hoc loco, et Turpilii; sed malim tristities, quae vox est Terentiana. Scriv., nescio qua auctoritate, exeudi jussit tristitas. —

Digitized by Google

19.

Cum incultos pervestigans inrimare sinus. i. s.

N. v. rimari, p. 382.

20.

Concertare ac dissentire partem da cursum aequiter. t. t. c.

N. v. aequiter, p. 512.

21.

— Is vestrorum uter sit, quoi signum datum est, t. t. c. Cette!

N. v. cette, p. 85.

22.

Etsi metuo picta de plaga pallam.

N. v. plaga, p. 378.

23.

Calydonia altrix terra exuberantium i. s. Virûm.

Varro l. 6, p. 84. (69.)

24.

Extremum intra camterem ipsum praegradat Parthenoreum.

N. v. praegreditur, p. 65.

19. Mercer.: Quum inc. p. inrimare sinus. Fortasse scribendum est inrimareris sinus, quanquam hic non irrimari agitur, sed rimari, quod est in ceteris scriptorum exemplis, quos laudat grammaticus. Malim itaque Cur inc. p. sic rimareris s., vel Cur i. p. nunc (nē) rimareris s. — 20. Fortasse rursum scribendum est pro cursum. Non semel mixta c et r. Perperam majora molitur V. haec Consentire (sic ipse Scriv.) ac d. partim, dare jus aequiter; Consentire partim ac diss., datur jus aequiter. — 22. Fort.: Etsi mi induo (mīduo, mituo, metuo) p. de pl. pallam. Picta de plaga pallam, ex pictis plagis seu pannis contextam vel consutam. V. scribi jubet Et simitu p. de pl. p. Simitu etiam Mercerus. — 23. Scal.: Quod succinctius, inquit, Graecis βωτιάνειρα et κουροτρόφος. Ppsuit haec hoc loco Delrio ex conjectura: nam Varro fabulam non indicavit. — 24. Sic Mercerus ex codicibus MSS., sed ipse malit cum aliis E. i. c. ipsum jam praegreditur Parthenopaeum. Ceterum Non.: Pacuvius Tantalo: Extremum etc. Sed neque ad Tantalum, neque ad Atalantas quidquam pertinet Parthenopaeus, et aliud cantant MSS. Quorum quidem scripturam parthenoreum, tanta r et s litterarum similitudine in codicibus (vide Gronovii Observatt. indice), quid esse dicas nisi hoc parthenos (παρθένος) eum? Nam latine scribi graeca solent a librariis, nec passim lectum in Graeco, quem expressit, nomen παρθένος refugerit Pacuvius, homo semigraecus, utpote qui fuit Ennii Graeci ex sorore nepos. Vide Suetonii locum positum inter testimonia de Livio Andronico, item Festum cum interpretibus v. Solitaurilia p. 515. ed. Dacer., et inprimis p. 435, ubi sic scribit: Romanos in libro XI. Graecos appellat Ennius etc. Quin

Digitized by Google

25.

Cepisti me istoc verbo. Miseretur tui. i. s. N. v. miseretur.

CHRYSES.

1.

Di monerint meliora, atque amentiam averruncassint tuam. Varro l. 6. p. 81. edit. Durdrecht. a. 1619. Fest. v. veruncent, p. 589, 3. Non. vv. aberruncare et moneris, pp. 74. et 507.

2.

Hoc vide circum supraque, quod complexu continet t. t. c. Terram; nostri coelum memorant, Graji perhibent aethera. Varro de L. L. 4. p. 7. Cic. de Nat. d. 2, 36.

hoc ipso loco vox campterem (nam id voluit librarius) pura puta graeca est (καμπτῆρα), ut ejus linguae amantissimus fuisse videatur poëta noster. Ergo haec, nisi fallor, legebantur in autographo:

Extremum intra campterem (vel καμπτῆρα) *ipsum παρθένος eum praegradat.* t. t. c.

Παρθένος, Atalanta Schoeneïs; eum, Hippomenem. Cf. Tantali fragm. — 25. N.: Miseretur pro miseret. — Pacuvius: At accepisti me istoc etc., in quibus latere vidit Mercerus haec: Pacuvius Atal., i. e. Atalanta. Guilelmio placuerat At at (Attat)! cepisti mo etc.

Chryses. De repulsâ Sminthéi sacerdotis et peste subsecutâ ex prima Iliade. Delr. *Fragm.* 1. Priore loco N. Lucilio haec tribuit lib. 26; sed posteriore, ubi tantummodo laudat verba Dimel., Pacuvii esse ait Chryse; neque alium nominant Varro atque F. Priore loco N.: M., inquit, Tullius de fin. bon. et mal.: Dii maluerint meliora, atque amentiam aberruncassint meam. Sed locus non exstat apud Ciceronem, neque dubium videtur, quin ejus quoque nomen pro altus cujusdam posuerit bonus vir Marcellus. Rectum autem monerint, neque scribendum monuerint, quod ostendunt Festi exemplaria: nam dictum est moneo moni, ut sedeo sedi, video vidi etc., o littera producta. Versus haberi potest pro iambico tetram. Scriv. perperam omisit tuam. — 2. Varro: Sic coelum dicitur duobus modis: et pars ejus summum, ubi stellae, et id, quod Pacuvius demonstrat, cum dicit Hoc vide — terram. Cui subjungit Id quod nostri coelum memorant. Cic.: Mutuemur hoc quoque verbum, dicaturque tam aether latine, quam dicitur aër; etsi interpretatur Pacuvius:

Hoc, quod memoro, nostri coelum, Graji perhibent aethera.

Recte in hisce Varronianis verba Id quod furcillari jubet V., tanquam adjecta a Varrone; quae quidem servavit Scriv., non sine detrimento numerorum. Recte etiam Ciceronia ista Hoc, quod memoro, praeterita sunt ab editoribus horum scriptorum, malimque separari a Pacuvianis, ut ita loquatur Cic.: etsi interpretatur Pacuvius hoc, quod memoro: nostri etc. Ce-

Digitized by Google

3.

Quidquid est hoc, omnia animat, format, alit, auget,
creat, t. t. c.
Sepelit, recipitque in sese (omnia), omniumque idem
est pater
Indidemque eadem, quae oriuntur de integro atque eo-
dem occidunt.
Cic. de Div. 1, 57.

4.

— Nam istis, qui linguam avium intelligunt, i. s.
Plusque ex alieno jecore sapiunt quam ex suo,
Magis audiendum quam auscultandum censeo,
Cic. de Div. 1, 57. N. v. auscultare.

5.

Cives antiqui, amici majorum meûm, i. s.
Consiliûm socii, auguriûm atque extûm interpretes,
Postquam prodigiûm horriferûm, portentûm, pavos ....
Cic. Orat. 46.

6.

Incipio saxum tentans scandere verticem i. s.
In summis, dein omnis partes prospectum aucupo.
N. v. aucupavi.

terum huic fragmento sequens conglutinat Scal. in Collectaneis, cui Scriv. aliique obtemperantes contra fidem librorum scribunt: Quidquid est hoc, omnia is animat etc. — 3. Scriv. aliique: format, auget, alit, ferat; sed ed. antiquissima Ciceronis habet creat, vulgoque nunc ita haec leguntur, ut nos excudi jussimus. Versu 2. friget omnia repetitum sine emphasi, videturque insertum a metricis, qui non meminissent, re praepositionem loquelarem recte produci, neque opus esse ut liquesceret sese, praesertim in versu medio, quae sedes est licentiarum. Versum 3. non intelligo, neque juvare videntur eum Guilelmus Scaligerque, scribentes ille eademque pro eadem quae, hic aeque pro atque, quod quidem ne Vossio quidem placuit, qui tuebatur vulgatum atque. Ex ejusdem Vossii sententia huc relato fragm. 15, non invitus ita scripserim:

Quidquid est hoc, omnia animat, format, alit, auget, creat,
Sepelit recipitque in sese, omniumque idem est pater,
Mater est terra: *haecce* corpus parit, animam aether adjugat;
*Iti*demque *eadem*, *quâ* oriuntur de integro *aque* eodem, occidunt.

eadem, eadem ratione, eodem modo; aque eodem, et ab eodem principio, aethere: nam inde omnia oriri dicit. Cf., quae hisce simillima leguntur ap. Lucretium 5, 319. seqq. — 4. N. non nisi tertium horum versiculorum laudat. — 5. Exempla vocum contractarum, et quidem usitate (meûm), durius (Consiliûm, auguriûm, extûm), insolenter (prod. horrif., port.). Seorsim autem legitur in edd. versus postremus, cum ex eodem haec loco proferat Cic. — 6. Bene v. saxeum. Ceterum sic scribendum puto:

Digitized by Google

7.

Est ibi sub eo saxo penitus strata arenâ ingens specus. t. t. c.
F. v. specus, p. 521, 6. Fr. p. 70, 10.

8.

Solisque exortu capessit candorem, occasu nigret. t. t. c.
N. v. nigret.

9.

— Fugimus, qui arte hâc vescimur.
N. v. vesci.

10.

— Adjutamini et defendite!
N. v. ajutamini, p. 74. Donat. ad Terent. Adelph. prol. 16.

11.

Propemodum animus conjecturâ de errore ejus augurat. t. t. c.
N. v. auguro, p. 469.

12.

Sed cesso inimicitiam integrare.
N. v. integrare.

13.

Atque, ut promeruit pater, mihi patriam populavit meam. t. t. c.
N. v. populare, p. 39.

Incipio saxeum (vel *saxi*) *tentans scandere verticem,*
Summusque in omnis partis prospectum aucupo.

Summus, a summo; que, littera q forte versa, in de mutatum fuerit, quo genere mendorum non carent scripta vetera; in praepositio orta, nisi fallor, ex m praegressa. Scal. hoc fragm. cum duobus sequentibus conjunxit hoc modo in annotatione ad Festum v. specus:

Est ibi — — — specus,
Solis quae exortu capessit candorem, occasu nigret.
Illud *incipio saxum tentans* escendere *verticem*
In summum, deinde in omnis p. pr. auc.

Sed neque uno metro haec conscripta sunt, nec placent addita integrandorum numerorum causa, qui sic tamen male claudicant. Quodsi aliquid novandum sit, feram equidem cum Vossio, conjungi 7 et 8; de reliquis autem non consentio. — 9. Mercerus: Sermo, inquit, est aut de sacrificulis, aut de auguribus: de quis utrisque plura scripta in ea fabula alia indicia sunt. Ii, ubi ad summum discrimen ventum, fuga sibi salutem quaerunt. — 10. Male Non.: Ajutamini, pro ajutate. Pacuv. Chryse: Ajut. et d. Neque in lexica relatum oportuit verbum nihili ajutare. Per errorem quoque libri apud Donatum Adjuta mihi, confusis h et n litteris, quod non est novum. — 11. Probiore numero scribas ejus errore: siquidem paribus trochaïcorum locis amantur spondei. — 12. integrare, redintegrare, ut monet N. — 13. Plane scribendum censet V.: A. ut prom., pater, qui p. p. m. Possis etiam, minore mutatione:

Digitized by Google

14.

— — — Interea loci t. t. c.
Flucti flaccescunt, silescunt venti, mollitur mare.
N. v. flucti.

15.

Mater est terra, ea parit corpus, animam aether adjugat.
N. v. adjugare, p. 75. Varro de L. L. 4, p. 18.

16.

Aesti forte ex arido.
N. v. aesti pro aestûs.

17.

Ossum inhumatum aestuosam auram.
Prisc. 6. p. 710.

18.

— Inveni opino esse optumum, Orestes ut heres sed tamen.
N. v. opino pro opinor.

Atque (sive Atqui) ut pr., pater mi? Patriam p. m. Ut, quomodo. Chryseïs, ad Agamemnonem redire jussa, quod factum esse narrat Dictys Cretensis, parum ille quidem probatus auctor, lib. 2, cap. 47, haec responderit in fabula Pacuviana. — 14. Mercer. habet loca et flacciscunt, quorum illud manifesto falsum est. — 15. Cf. notata ad fr. 3. Ennius Epicharmo p. 279. (175. Hessel.): Terra corpus est, at mentis (h. e. mens) ignis est. Monuit W. — 17. Dixerunt quidem prisci illi ossum pro os; sed hoc loco vereor ne imponi sibi passus fuerit Prisc., scribendumque sit Ossum inhumatûm aestuosam auram. Amat ejusmodi contracta Pacuvius. Cf. fr. 5. Grotius, cum hisce conjuncto fr. 9, tentabat, sed infeliciter:

Ossum inhumatum, auram aestuosam fugimus, qui aura hac vescimur.

— 18. Quid Orestes ad Chrysen? Nihil sane, nec dubitandum, quin eorum nominum alterutrum male sit acceptum a librariis. Orestis insimulans Grot. malebat

Id vero opino esse optumum, ut restes here,

quae quid sibi velint, non exputo. Nec melius Scriv.: Id vero o. e. o., Chryses hero Ut sit solamen; V.: Id vero op., isti optumum Restituere sit eam. (Chryseïdem patri.) Qui quidem ante voluerat, quod longe probabilius, Id vero o. e. o., Orestes heres ut siet. MSS. et edd. vett., monente V.: Orestes ut heres sit sed tamen. Scribamus: Id vero op. e. o, ut Orestes heres sit tamen. Perperam scriptum mihi videtur Cryse (Chryse) pro Clyte., h. e. Clytaemnestra, de qua tragoediam composuisse, Sophoclis exemplo, Pacuvium, etsi nemo nunc veterum auctor est, tamen, tot eorum scriptis deperditis, suspicari licet, rem ita se habere, et petita esse ista verba ex aliqua fabulae scena, in qua, occiso Agamemnone, consilium habuerit Clytaemnestra consciorum sceleris, quorum unus suaserit occupare quidem regnum, sed ita, ut Oresti relinquatur hereditarium, invidiae minuendae causa. Versus est i. t., neque elidenda vox optumum. —

Digitized by Google

19.

— Promerendae gratiae i. s.
Simul cum videam Grajos nil mediocriter
Redamtruare, opibusque summis persequi.
F. v. redentruare p. 427, 3. Fr. p. 40, 38. N. v. redandruare, p. 165.

20.

— — — — Perque t. t.
Nostram egregiam unanimitatem, quam memoria dejugat. t. t. c.
N. vv. dejugare et memoriam.

21.

Si quâ potestur investigari viâ. i. s.
N. v. potestur.

22.

— Atque eccos, unde certissent.
N. v. certissant.

DULORESTES.

1.

— Adlicui in Aegaeo freto.
Varr. l. 6, p. 69.

19. N. horum nihil habet praeter verba Graecos nihil mediocriter redandruare. Redamptruare malint Scal. et Dacer. propterea quod veteres scripserint amptruare, temptare, sumptus et similia. Sed ita librarii potius quam vett. Am, praepositio, fere loquelaris, valet circum, nec dicimus Ampsancti valles, sed Amsancti, h. e., Servio interprete, omni ex parte sancti. Interponitur b ante vocales in verbis ambarvale, ambire, ambigere. Vid. Vossii Etymol. L. L. v. am. Ergo rectius est Redamtruare. Bene V. Etymol. v. trua (τορύνη, ingens cochlear, quo cibus in ollis inter coquendum agitatur): „A trua est truare, h. e. κινεῖν, ut cum truâ movetur olla. Ab eo est amtruare, h. e. circumvolvere. Indeque redamtruare.“ — 20. Tentat V. metri, ut ait, gratia (finit autem versum voce egregiam, sicut Scriv.) regiam et immemoria, ἀμνημοσύνη, quo verbo usus etiam Papinianus. Hoc probo, illud minus, qui nesciam, quid sibi velit regia unanimitas. — 22. certissent, certiores fiant, ut interpretatur N. Sed non inepte V. scribendum suspicatur certiscent, quomodo dicatur dulcesco, vilesco, tremisco, lucisco.

Dulorestae fr. 1. legi solet apud Varronem: Liqui in Aegeo freto. Sed Scal.: „Alicui,“ inquit, „in A. f. Legendum puto Allicui in Aegaeo fr. Est antique dictum pro Allexi, ut Pellicuit pro Pellexit. De Nauplio intelligendum. Euripides Helenâ (1140.) de Nauplio: πέτραις Καφηρείαις ἐμβαλὼν Αἰγεῖ τε (π. Καφηρίαις ἐμβ. Αἰγαίαις τ' ἐναλίοις ἀκταῖς) etc.“ Nobis etsi ea conjectura videtur parum firma, tamen refragari noluimus

Digitized by Google

2.

Pater Achaeos in Caphareis saxis pleros perdidit. t. t. c.
Prisc. l. 5. p. 668.

3.

Sed me incertat dictio. Quin rem expedi.
N. v. incertat.

4.

Hymenaeum fremunt i. s.
Aequales, aura resonit crepitu musico.
N. v. sonit.

5.

Aeges ferme aderant aequore in alto ratibus repentibus.
Varro l. 6. p. 85. (69. ed. Durdr. a. 1619.)

6.

Priamus si adesset, ipse ejus commiseresceret. i. s.
Serv. in Aen. 11, 259. (*Vel Priamo miseranda manus.*)

7.

Hiccine is est, quem famae gratia ante omnes nobilitat viros? t. t. c.
N. v. Nobile, p. 352.

doctis, quibus huc ista referri placuit, viri magni secutis auctoritatem. De nomine hujus fabulae conjecturam attuli in nota ad Ennii cognominem. — 2. Exemplum formae plerus tribus generibus prisca illâ aetate usurpati. — 3. N.: Pacuv. Dulo reste: Sed ne incertat dictis, quam rem expedi; quae emendata videntur a viris doctis, nisi quod scribi potest med, ut versus fiat iamb. senarius, et quare exp. cum Scriverio. Alioqui fuerit trochaïci pars t. c. — 4. Scriv., secundum Scaligerum, dedit aula, quo nihil opus est. — 5. Perperam idem, eodem auctore, omisit Aeges, in qua voce cardo vertitur sententiae. Varro: Aegaeum, inquit, dictum [ab insulis], quod in eo mari sic scopuli vocantur a similitudine caprarum, αἶγες. Pacuvius: Aeges ferme etc. Eadem habet Schol. Apollonii Rhod. ad 1, 831. Plin. H. N. 4, 11, segm. 18: Aegeo mari nomen dedit scopulus inter Tenum et Chium verius quam insula; Aex a specie caprae, quae ita Graecis appellatur. Monuit W. Si scribes navibus pro ratibus, quae facile misceantur, versus erit i. t. — 6. Hinc, eodem notante viro doctissimo, Terent. Hec. 1, 2, 53: Ibi demum ita aegre tulit, ut ipsam Bacchidem, Si adesset, credo, ibi, ejus commiseresceret. (Sen. Agam. 519: Cladibus nostris daret vel Troja lacrimas.) — 7. Formae conjecit Petr. Ciacconius Toletanus in not. ad Sallust. Conjur. Catil. cap. 1. W. Pronuntiatum gratia, quasi esset gratja, non incurret in numeros, neque necesse est scribi gratia famae. —

Digitized by Google

8.

Amplus, rubicundo colore, spectu protervo ferox, t. t. c.
F. v. spectu, p. 521, 1. Fr. p. 65, 22.

9.

Caperatâ fronte.
Varro de L. L. p. 101. (82.)

10.

Nam tè in tenebrica sepe lacerabo fame i. s.
Clausum, et fatigans artus torto distraham.
N. v. torto.

11.

Macte esto virtute, operâque omen adproba. i. s.
N. v. Mactare, p. 342.

12.

Gnatam despondit, nuptiis hanc dat diem. i. s.
N. v. diem, p. 522.

8. Sic posteriore loco F. Priore et vulgo perperam legitur Amplius. V.: Prima, inquit, in protervus producitur, contra quam posteriores solent. Sic Ennio in Telepho (5.) porrecta est prima in profiteor. (Ratio plane Romana: nam πρό Graecorum breve est, Latinorum pro porrectum. Similiter prima in prologus nonnunquam producitur, quae tamen vox pura puta graeca est. Vid. Voss. Etymol. L. L. v. prologus.) — 9. Cap. fr. A caprae fronte, ait Varro. In unum conjungunt haec tria fragmenta (7, 8, 9.) Delrio, Scriv., Dacer. in annotatione ad Festi locum. Sed quid, quaeso, ad famam attinent amplitudo corporis, color, adspectus protervus, caperata frons? V. hisce jungit corrupta ista ap. Nonium Voce suppressa, innata fronte, vultu turbido, sed ita ut legatur secundum Varronem caperata, cujus glossema sit irata, latens illud quidem, ut putat, in depravato isto innata. Perplacet haec ratio; sed relicta tamen haec sunt a nobis inter Incerta Pacuvii (35). — 10. Perperam Scriv. in tenebris, cum libri habeant in tenebricas, ipseque Merc. excudi jusserit ap. Nonium in tenebrica saepe. Cf. Scal., V. ad h. l., Nic. Heins. ad Ovid. Trist. 4, 1, 81. Mercer.: „Tenebrica," inquit, „saepes est tenebricosus carcer, ut Tenebrica plaga in versibus Ciceronis ex Aeschylo Tusc. a. (9.) Eurip. Bacchis (549.) σκοτίαις κρυπτὸν ἐν εἱρκταῖς." Recte autem V. Etymol. v. Saeptum sepio et sepes derivat a σημος, mutato κ in p, ut a λύκος est lupus. Σημος enim, inquit, Hammonio teste notat περίφραγμα προβάτων, quod et Maroni septum eclog. 1, 33. — Sepes igitur et septum rectius nuda scribuntur vocali. Sic ille. Sepem pro septo veteres dixisse, ostendit etiam Nic. Heins. ad Ovid. l. l. et ad Met. 4, 89, ut monet W. — 11. Ita Delrio. Putide libri; M. e. v., operaque, omenque approbo. —

Digitized by Google

13.

Quid? quondam et mihi piget paternum nomen, maternum pudet . . . i. t.
Profari.

N. v. pudet et piget etc.

14.

— Primum hoc abs te oro, nimis inexorabilem t. t. c.
Faxis, ne turpassis vanitudine aetatem tuam.

N. v. vanitudo.

15.

Ubi illic est? Me miseram, quam clamor eliminat!

N. v. eliminare, pp. 38. et 292.

16.

Nil conjecturâ quivi interpretarier, i. s.
Quorsum flexivice contenderet.

N. v. contendere, p. 260.

17.

Nonne officium fungar vulgi, atque aegre malefactum feram? t. t. c.

N. de numeris et cas. p. 497.

13. Orestae verba. Mercer. et Scriv. habent pro senariis, quorum duo finiantur verbis mihi et pudet, tertius incipiat a vocabulo Profari. — 14. Vitiose Mercer.: ni turpascis. Malit V., secundum Hug. Grotium: P. h. abs te o., ne te nimis inex. etc. — 15. Sic vulgo. N. ap. Mercerum priore loco: — me mis.; quonam clam clam elim.? Posteriore: U. ille est? me m., quoniam clamor elim. Recte Palmerius clamore. Sic scribamus:

Ubi ille est? Me miseram, quam clamore eliminat! i. s.

Correptum ille si quis mirabitur, eum evolvere jubebo Bentleji Sched. de metris Terent. cap. de licentia Terentiana, qua deflectit a latinis Epicis. — 16. Flexivice sublestae fidei vox, nec magis placet Vossii flexifice. Fort. secundum quasdam membranas, quas laudat V.: Qu. flexa cervice (vel cerv. fl.) tum cont. — 17. Malit V.: — vulgi, qui aegre m. f. Sed non video, quid hoc lucremur. Fuit haec fortasse manus Tragici: Non off. f. v., atque aegri m. f., quae videtur dixisse Pylades, maledictis vexatus ab Oreste insaniente. Non off. f. v., non agam, ut vulgus solet, quod quovis maledicto offenditur. Atque feram, sed feram; sicut particulae conjunctivae oppositioni nonnunquam inserviunt. Vidd. interpp. Phaedri ad fab. 1, 3, 2. etc. Malefactum generale nomen est, in quo etiam maledicta intelliguntur. Horat. Serm. 2, 5, 137:

Quin, ex quo est habitus male tutae mentis Orestes,
Nil sane fecit, quod tu reprehendere possis,
Non Pyladen ferro violare aususve sororem
Electram; tantum maledicit utrique, vocando
Hanc Furiam, hunc aliud, jussit quod splendida bilis,

Digitized by Google

18.

Responsa explanat; mandat; ne matri fuat i. s.
Cognoscendi unquam aut contuendi copia.
N. v. fuam.

19.

Non vetet animum aegritudine in re creperâ confici? t. t. c.
N. v. crepera res.

20.

Vel cum illum videas sollicitum orbitudine. i. s.
N. v. orbitudinis.

21.

Delphos venum pecus ecunde abstabula ac itiner contuli. t. t. c.
N. v. itiner, p. 490.

22.

[a] Is quis est? [b] Qui te, nisi illum tu occupas, leto dabit. t. t. c.
N. v. occupatus.

23.

Nec grandiri frugum posse foetum, nec mitescere. t. t. c.
N. vv. grandire et mitis.

24.

Oro mi, ne flectas fandi mi prolixitudinem.
N. v. prolixitudinem.

18. Mater legitur ap. Delr. et Scriv., quod in matrem mutat V. Sed Mercer. plane matri, quod rectum puto. Agi videtur de Apollinis oraculo, Oresten ulcisci jubentis caedem patris, sed ita, ut vis non adhibeatur. Vid. Anna Fabra ad Dictyn 6, 3. — 19. Creperâ, dubia. Vidd. Non. Fest., et quos auctores laudat V. in Etymol. L. L. v. crepusculum. Vulgo haec affirmate. — 20. orbitudine, orbitate. — 21. Sic Non. Mercer. Libri quidam, Delrione et Scriverio probantibus: pecus egi, unde ad stab. ac it. cont. Malim: p. egi; inde (propterea) ad stabula d it. cont. — 22. Non.: Is q. est? qui tunc si illum tu occ., l. dabis. Neque aliter Scriv., nisi quod scripsit si tu illum. V. prope verum: Qui te nunc, ni tu ill. occ., l. dabit. Error, inquit, natus ex eo; quod nc compendii ergo pro nunc scripsere. Possis etiam Qui te, nisi illum tu occ., l. dabit. Codex Junian.: Ulysses est, qui etc., ex quo Scriv. faciebat Aegisthe, qui te etc. Alii prius tentaverant Aegisthus, qui te etc. — 23. Grandire est grandem facere, inquit N. — 24. Plane scribendum est: Oro mihi, ne plectas fandi mihi prol. Terent. Phorm. 1, 2, 90: Ad precatorem adeam, qui mihi sic oret etc. Plectas, nectas. Hisce fortasse Tyndarus vetabat, Orestem pro se dicere, matricidiumque excusare. Vid. Orest. Eurip. Delr.: Audacter, inquit, lego: O. ne me afflictes f. prolixitudine. —

Digitized by Google

25.

Unde exoritur, quo praesidio fretus, auxiliis quibus? t. t. c.
Quo consilio confirmatur, quâ vi, cujus copiis?
N. v. consternari.

26.

Cic. de Div. l. 1.: Quid? gubernatores nonne fallun-
tur? an Achivorum exercitus et tot navium rectores non
ita profecti sunt ab Ilio,
Ut profectione laeti piscium lasciviam t. t. c.
Intuerentur, ut ait Pacuvius, nec tuendi satias capere possiet?
Interea prope jam occidente sole inhorrescit mare,
Tenebrae conduplicantur, noctisque et nimbum opacat
nigror;
Flamma inter nubes coruscat, coelum tonitru contremit;
Grando mista imbri largifluo subita praecipitans cadit;
Undique omnes venti erumpunt, saevi existunt turbines,
Fervet aestu pelagus.
Cic. de Div. 1, 14; de Orat. 3, c. 39.

27.

— Quidnam autem hoc soniti est? quid stridunt fores?
N. v. soniti.

28.

Si quis hâc me oratione incilet, quid respondeam? t. t. c.
N. v. incilare.

25. Depravate Non.: Consternare significat dejici. Consternari rursum erigi. — Quo consilio constematur etc. Certa emendatione scribendum est: C. s. q. Confirmari rursum erigi. — Quo c. confirmatur etc. — 26. Verba Ut profectione — possiet inter Incerta hujus Tragici referri solent, quod ut non improbo, ita tamen sequentia cum hisce conjungenda ajo, ut ap. Ciceronem. Nam nomen quidem ille fabulae non commemorat. Ceterum aut Intuantur ponendum est, aut posset. Alioquin oratio σολοικίζει. Prior ratio verisimilior est quam altera, propterea quod posset non sufficit metro; nisi ponendum sit nec tuendi capere possiet satietas? Certe haec vocabula non raro sunt confusa in codicibus. Leguntur autem priore loco Ciceronis verba Ut profectione — nigror; posteriore Inhorrescit — pelagus. W.: Cf. cum hisce Archilochi versus, servatos ab Heraclide Pont. libri de Homeri allegor. p. 412. ed. Gal. — 27. Vulgo: — est, quod st. f.? — 28. Incilare, inquit N., est increpare, vel improbare. Ab inciendo derivari hoc verbum posse existimat V. Etymol. v. Incilium, ut proprie significet dictis aliquem asperis inciere ac commovere. L autem insertum sit ut in sorbillo a sorbeo, halo ab ἅω, etc. —

Digitized by Google

29.

Utinam nunc matrescam ingenio, ut meum patrem ulcisci queam! t. t. c.

N. v. matrescam.

30.

Euno tyrannûm novi temeritudinem.

N. v. temeritudo.

31.

— Me calvitur suspicio, t. t. c.
Hoc est illud, quod fore occulte Oeax praedixit.

N. v. calvitur.

32.

Aut hic est, aut hic adfore actutum autumo. i. s.

N. v. autumare.

33.

Illum quaero, qui adjutatur. t.

N. v. adjutatur pro adjutat.

34.

— Ut, si ita sunt promerita vestra, aequiperare ut queam
Vereor, nisi unquam fatiscar facere, quod quibo, boni.

N. vv. fatiscere, fatiscuntur.

35.

In turbâ Oresti cognita, agnota est soror. i. s.

Prisc. 10, p. 887.

36.

Nunc ne illum expectes, quando amico amiciter i. s.
Fecisti.

N. amiciter.

37.

Animumque . . .

N. v. munes.

30. Delr.: Egone: Tyranni n. t. Scriv.: Heu, non tyrannûm n. t.? Fortasse scribendum est Eu! nunc (nē, no,) t. n. t. — 31. Calvitur, frustratur. Scribas licet:

Nisi me calvitur suspicio, t. t. c.
Hoc est illud, quod praedixit Oeax occulte fore.

V.: Is, inquit, Nauplii et Clymenes filius, frater Palamedis, fuit. Vide Scholiasten Euripidis ad illud in Oreste: Οἴαξ, τὸ Τροίας μέσος ἀναφέρων πατρί. — 33. Melius sit adjutetur. — 34. Recte priore loco N. nisi habet, non si, quod priore, suffragante vulgo editorum. Scribendum puto:

— *At* si ita sunt promerita vestra: aequiperare ut queam t. t. c.
Vereor; nisi (h. e. sed) nunquam etc.

— 36. ne illum. Scriv.: Fort. neillum, i. e. nihilum. Scribamus sane: Nunc nehilum expectes, etc. — 37. Hoc vocabulum solum superesse ex isto Pacuvii loco, praeclare ostendit Mercer., quem vide, si vacat, not. in Nonium p. 97. —

Digitized by Google

38.

α Egó sum Orestes. β Imo enimvero ego sum, inquam Orestes. — t. t. c.

Cic. de Fin. b. et m, 5, 22.

39.

Grajugena. De istoc aperit ipsa oratio. i. s.

Id. de Nat. d. 2, 36.

HERMIONA.

1.

Regni alieni cupiditas pellexit.

Varro l. 5, p. 77. (63.)

2.

Fortunam insanam esse et coecam et brutam perhibent philosophi, t. t. c.

Saxique esse instar globosi praedicant volubilem,
Quia, quo, *ut* saxum, impulerit fors, eo cadere Fortunam autumant.
Coecam ob eam rem esse iterant, quia nil cernat, quo sese adplicet.
Insanam illam ajunt, quia atrox incerta instabilisque sit;
Brutam, quia dignum atque indignum nequeat internoscere.

38. Haec Orestes et Pylades, de morte concertantes apud Thoantem regem. — 39. *Sic Orestes* vel Pylades, rogatus, cujus *sit*, apud eundem regem. Grotius, probante Vossio: Grajugenam ted esse aperit ipsa or. Ego nihil mutem.

Hermione. Delr.: In Duloreste matrem Orestes, hic Pyrrhum necat, et cum uxore, fratris (imo patrui, Menelai,) filia, vix effugit meritum supplicium. Tragoediam fuisse patet ex Ovid. 2. Trist. (v. 399.) *Fragm.* 1. Sermo esse videtur de Aegistho. — 2, 2. MSS. Germanici, teste Grutero, disertim: Saxique instar globosi esse volubilem. Unde V.: Saxique instar esse glob. pr. vol. Vulgo: Saxoque instare eam globose pr. vol. Versu 3. in libris vett. legi monet V.: Quia quo pro Ideo quo, malitque Quoquo saxum imp. sors, eo cad. fort. aut, vel certe cadere eo ob numeros. Sed quid rei sit saxo cum fortuna, ut haec eò cadat, quo illud, quod quidem onm illa volubilitatis tantum similis causa comparatur, non dixit vir doctissimus. Equidem scribendum puto: Quia quo, ut saxum, impulerit fors, eo c. F. a. Verss. 5, 6. legitur Ins. autem illam ajunt —; Brutam autem, saepius illata conjunctione, quae nec sententiam juvat, et versum impedit. Mox libri: qui contra fortunam negant (vel negent) Miseriam esse ullam, sed etc. Grot., plaudente V.: q. c. a Fortuna n. Mis. esse ullam. Vulgo: q. c. Fortunam negent Esse ullam, sed etc. Elumbis autem est versus 8, in meros ille trochaeos exiens, quibus spondeos immiscere poëtae solent. Sic enim libri vett.: sed tem. omnia autumant regi. Id magis verisimile etc. Vulgo versum priorem finiunt re magis, cum verba Id magis ad sequentia

Digitized by Google

Sunt autem alii philosophi, qui contra fortunâ negant
Miserum esse ullum, sed temeritate omnia regi autumant.
Magè veri simile ajunt, quod usus reapse experiundo edocet. i. t.
Velut hic Orestes modo fuit rex, modo mendicus factus est, i
Naufragio res haec contigit nempe: ergo haud fortunâ obtigit.
Rhet. ad Herenn. l. 2, c. 23.

3.

In turbâ Oresti cognita, agnota est soror. i. s.
Prisc. l. 10, p. 887.

4.

Quantamque ex discorditate cladem importem familiae. t.t.c.
N. v. discorditas pro discordia.

5.

Non tu te e conspectu hinc amolire?
N. v. amolimini.

6.

— Tyndareo fieri contumeliam, t. t. c.
Quojus a te veretur maxume.
N. de numeris et casibus, p. 496.

7.

Quod ego, in acie celebra objectans vitam, bellando aptus sum. t. t. c.
N. v. aptam, p. 234.

pertineant, nec bene nova sententia incipiat extremo versu. Non liquescit regi. Vel scribe regid. Certe nobis ex vocabulo regid ortum videtur regi id, librariis usum d illius ephelcystici ignorantibus. Versu 11. nempe recte V. jungit prioribus. Ad unum haec omnia metrum, sive iambicum, sive trochaïcum, referri vix possunt; neque id fieri opus est. — 3. Prisc. l. l.: Notandum tamen, quod cognosco cognovi cognitum et agnosco agnovi agnitum in frequentiori usu faciunt, pro o penultima producta, quam vetustissimi servabant analogiam sequentes, i correptam adhibentia. Sallust., eodem auctore, Hist. 2: Neque inermes ex proelio viros quemquam agnoturum. Diomed. 1, p. 385: — nonnulli veterum declinaverunt agnotum et agnoturum, ut Brutus in Epistolis. Item agnotinum dixerunt. — 4. De se dicit Hermione, quae invita abducta est ab Oreste conjuge, et in matrimonium data Pyrrho, Achillis filio, quocum discors nimirum vixit. — 6. Malit V. Cujus te veretur maxime. Verum similiter Afranius ap. Gellium 15, 13: Malunt metui quam vereri se ab suis. — 7. Veneta Pincii in acie cerebro; unde V.: in acie crebro, quod placuerat etiam Mercero. H. Stephanus posuit celebri; sed celebra scripturae antiquae est similius, et miscentur nonnun-

Digitized by Google

8.

Lamentas, fletus, facere compendi licet. i. s.

N. v. lamentas.

9.

— Et obnoxium esse, aut brutum, aut elinguem putes.

N. v. brutum.

10.

Prius data est, quam tibi dari dicta, aut quem reditum est Pergamo. t. t. c.

N. v. dicere.

11.

— Concorditatem hospitio adjunctam perpetem i. s.
Comitate conservetis.

N. v. concorditas.

12.

Cum neque me adspicere aequales dignarent meae. i. s.

Diom. l. 1. p. 395. N. v. dignavi.

13.

Tristitiâ atque animi intolerandâ anxitudine. i. s.

N. v. anxitudo.

14.

Aut non cernam, nisi tagam.

F. v. tagit, p. 557, 12. Fr. p. 78, 18.

quam a et o litterae in libris. Sunt autem haec verba Pyrrhi se aptum, h. e. adeptum, esse dicens Hermionem per belli gloriam, qua motus filiam sibi Menelaus desponderit. — 8. Hisce Menelaus, nisi fallor, flere vetat Hermionem, nubere jussam Pyrrho. — 9. Ita N., sed alienum Et; quod sentiens V. tentabat Eum Obnoxium etc., cum sit verisimilius, verba Noni Hermionaaut obhox. paulatim mutata esse in Hermionaut, Hermionaet, sicut confundi particulae istae solent. Fuerit tum haec pars trochaïci t. c. Sic autem vituperare Oresten videtur Hermione, quod eripi sibi uxorem patiatur. Quibus maledictis ille excitatus ad resistendum inter alia dixisse Pyrrho videtur illa, quae habet fragmentum sequens. — 10. Vide monita ad 9. Rectius erit dictum. — 11. Perperam N. Comitatem. Sic autem Mercerus: nam ceteri libri Probitatem conservetis. Probitate scribebat Delrio. V. malit legi perpete Probitate, vel secundum Scriv., cui in mentem venit rectius esse auspicio aditam, hoc modo:

Concorditatem hanc auspicio aditam perpetem (vel *perpete*, aut *perpetim*,)
Probitate conservetis.

— 12. De se dicit Herm., despecta ab aequalibus propter conjugem matricidam. — 13. Tristitiâ, Orestae, furiis agitati. — 14. Malim At non etc. Verba, ut videtur, Menelai, vel ipsius Pyrrhi, manum injicientium Hermionae, et eam abducentium Oreste tangi vetante. —

Digitized by Google

15.

Habet hoc senectus in se, cum pigra est ipsa, ut spisse omnia videantur confieri.

N. v. spissum.

16.

Currum liquit, chlamyde contortâ astu clupeat brachium. t. t. c.

Varro l. 4. p. 5. (7.) N. v. clypeat.

17.

O flexanima atque omnium regina rerum oratio! t. t. c.

N. v. flexanima.

18.

— Quod tamen ipsa orbitas i. s.
Grandaevitasque Pelei per penuriam
Stirpis subaxet.

N. v. grandaev.

19.

Sub judicio quoque omnes grados tetinerim. i. s.

N. v. tetinerit.

20.

Paucis absolvit, ne moraret diutius.

N. v. moraret. Diom. l. 1. p. 395.

15. Haec ita versifices:

Habet hoc senectus in se, cum pigra ipsa *sit*,
Spisse videantur omnia ut confieri.

Nec nolim scribi spissa pro pigra, quae illius vocabuli putanda est interpretatio. Sermo fortasse Tyndari. — 16. Varro non nisi haec laudat Chlamyde clupeat brachium. Livius, monente Scal., lib. 25. c. 16: Inter haec dicta paludamento circum laevum brachium intorto (namne scuta quidem secum extulerant) in hostes impetum fecit. Valer. Flacc. 3, 119: chlamys imbelli circumdedit ostro Torta manum, strictoque vias praefulgurat ense. Pollux lib. 4: Ἐφαπτὶς, inquit, συστρεμμάτιόν τι φοινικοῦν ἢ πορφυροῦν, ὃ περὶ τὴν χεῖρα εἶχον οἱ πολεμοῦντες ἢ θηρῶντες. Chlamydem peregrinantes sumere solitos, docet Plautus Mercat. 898, 907. Haec Scal. Cf. Nitsch's Beschreib. des häuslichen etc. Zustandes der Griechen, berichtiget von G. G. S. Köpke, Erf. 1806. pag. 622. — 18. Scribendum censeo Quo tamen — subaxit, h. e. subegerit. Frustra Grot. et ipse V.: Quoi t. i. o. Gr. P. p. p. St. subjacet. Potest etiam defendi Quod, acceptum pro ὃ graeco, cum valet καθ' ὅ, ad quam rem quod attinet. — 19. Mercer.: omnes Grajos. Libri vett. grados, vulgati gradus. Vel sic scribendum existimabat V.:

Suh judicio quoque
Omnes gradus tetinerim.

Vel potius sic:

Tuo judicio quae omnes tetinerim gradus.

Sententia parum perspicua. —

Digitized by Google

21.

Sermonem hic nostrum ex occulto clepsit, quantum intelligo. t. t. c.

N. v. clepo.

22.

Nam solus Danaïs hic domuitionem dedit. i. s.

N. v. domuitionem.

23.

Par fortitudo, gemina confidentia. i. s.

N. v. gemini.

24.

Refutare.

F. hac v. p. 430, 13. Fr. p. 43, 23.

25.

Ibo atque edicam, frequentes ut eant gratatum hospiti. t. t. c.

Serv. P. Danielis.

26.

Quid benefacta mei patris, cujus opera te esse ultum autumant? t. t. c.

N. v. autumare.

ILIONA.

1.

Cur illa que etur hic meum altercas? tace.

N. v. altercata est, passivum.

21. Sic Mercerus in notis; et recte. Vulgato clepit metrum evertitur, nec placet Vossii ratio, verba transponentis. — 22. Laus Achillis. Solus Non. Merc., solis perperam Delr. et Scriver. — 23. Par Achillis: nam dici haec videntur de Pyrrho. Vid. Homer. Odyss. 11, 506. seqq. etc. — 25. Legitur dicam, versu claudicante. Scriptum atquedico pro atquedico, omissa littera simili, quod genus mendae frequens in codd. — 26. N.: Q. benefaciam ei patris — autumat. Recte Mercerus benefacta mei; nos dedimus autumant. Mercer.: Est, inquit, ex probris Orestis ad Menelaum. (Cf. Eurip. Orest. 442. seqq. Vocabula mei et cujus μονοσυλλάβως sunt pronuntianda metri gratia.)

Ilionae fr. 1. Hygin. fab. 119: Priamo Polydorus filius ex Hecuba cum esset natus, Ilionae filiae suae dederunt eum educandum, quae Polymnestori (Polymestori) regi Thracum erat nupta, quem illa pro filio suo educavit, Deïphilum autem, quem ex Polymnestore procreaverat, pro suo fratre educavit, ut si alteri eorum quid foret, parentibus praestaret. Sed cum Achivi Trojâ captâ prolem Priami exstirpare vellent, Astyanacta, Hectoris et Andromachae filium, de muro dejecerunt, et ad Polymnestorem legatos miserunt, qui ei Agamemnonis filiam, no-

Digitized by Google

2.

Abeo depulsum mamma, paedagogandum accipit apportalis liber.

F. v. repotia, p. 441, 10. Fr. p. 44, 34.

3.

— Blandam hortatricem adjugat
Voluptatem.

N. v. adjugare.

mine Electram pollicerentur in conjugium, et auri magnam copiam, si Polydorum, Priami filium, interfecissent. Polymnestor legatorum dicta non repudiavit, Delphilumque filium suum imprudens occidit, arbitrans se Polydorum filium Priami interfecisse. (fragm. 1.) Polydorus autem ad oraculum Apollinis de parentibus suis sciscitatum est profectus, cui responsum est, patriam incensam (fragm. 9, 11.), patrem occisum, matrem in servitute teneri. Cum inde rediret, et vidit aliter esse ac sibi responsum fuit (fragm. 10.), se Polymnestoris esse filium (Suspecta verba, siquidem non fuit ejus filius), ab sorore Ilionea (h. e. Iliona. Scripserat forte librarius Ilione, cum voluisset Iliona: ergo a litteram appinxit, e non deleto, ut solet id genus hominum.) inquisivit, quid ita aliter sortes dixissent. Cui soror, quid veri esset, patefecit (fragm. 6, 7, 8.), et ejus consilio (fragm. 13.) Polymnestorem luminibus privavit atque interfecit. Apud eundem cap. 243. inter eas, quae se ipsae interfecerunt, enumeratur Iliona, Priami filia, propter casus parentum suorum (sua manu occisa). Quod ad ipsa hujus fragmenti verba attinet, ea sic plane se habent apud Mercerum. Quare scribamus:

a *Cur illaqueetur hic?* b *Mecum altercas? Tace.*

Ilionae quaerenti, cur illaqueandus morte sit Delphilus, Polydori personam gerens, ita respondet Polymestor, cui certum est puerum occidere. — 2. In fragmentis legitur Ab eo d. m. p. acc. appot talis libet. Scal.:

Ab eo
Depulsum mamma paedagogandum accipit
Repotialis liber.

Scriv. fecit accipit Repotialis Liber. Neuter sententiam explicat; sed Repotialis velle videtur ipse Festus, cum sic scribat: Repotia postridie nuptias apud novum maritum coenatur, quia quasi reficitur potatio. Pacuvius in Iliona: abeo depulsum etc. Ponendum fortasse est adverbium adeo pro abeo; certe puncto distinguendum post accipit. Dacer. ad h. l.: Sane, inquit, Pacuvii verba jocum non cuivis obvium continere videntur: de beato enim viro quodam dicta sunt, cui ipso repotiali die puer jam mamma depulsus, et jam paedagogandus traditus sit. Notum est illud Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμμνα παιδία etc. Dici videtur Polydorus, Ilionae traditus. —

Digitized by Google

4.

Sed hi cluentur hospitum infidissimi. i. s.

N. v. cluet.

5.

Quis deos infernos, quis coelestes, dignet decorare hostiis. i. t.

N. v. dignet.

6.

Dt me etsi perdunt, tamen esse adjutam expetunt, i. s.
Cum, priusquam intereo, spatium ulciscendi danunt.

N. v. expetunt.

7.

Ne porro te error, qui nunc lactat, maceret. i. s.

N. v. lactare.

8.

Usi honere credo adhuic sceptrum patientur poti. t. t. c.

N. v. poti.

9.

Profecto aut inibi est, aut jam potiuntur Frugum.

N. v. inibi pro sic et mox.

10.

Quos ego, ita ut volui, obfendo incolumes.

N. v. offendere, p. 359.

11.

Occidisti, ut multa paucis verba unose obnunciem. t. t. c.

N. v. unose.

12.

Repugnanti ego porro hunc vi detraxi ungulum. i. s.

F. v. ungulus, p. 595, 12. Sched. p. 94, 26.

13.

Fac, uti coepisti; hanc mi operam des perpetim. Oculis traxerim. t. t. c.

F. v. perpetem, p. 338, 17. Fr. p. 17, 8.

4. Perperam legitur S. haec c. h. infidelissimi. Vossii MS.: hi. Metrum requirit infidissimi. — 7. lactat, decipit. — 8. Tentat Mercer.: Tu si conere, cr. avitum sc. p. p. Grot., Vossio adstipulante: Ut si Ilionem regium istuc sc. p. p. Mediol.: Ut si honore cr. Scribendum puto *Usi honorâ credo adhuc te sceptrum patientur poti.* Usi adhuc, Thraces, quibus imperavit Polymestor. Dicit Polydorus Ilionae, suadens, ut tyrannum interficiat: fore, ut regi nam sceptro potiri patiantur Thraces. — 9. potiuntur, Graeci. Frugum, Phrygum. Verba oraculi, ut etiam 11. — 12. Repugnanti, Polymestori, cum eum occisum iret conjux. Cf. Terent. Hec. 4, 1, 59. — 13. Libri perpetem. Verum, ità poëtas dixisse pro perpetuo, narrat F.: ergo rectum est, quod suadet V., perpetim, quo usus etiam Apulejus, antiquitatis ille studiosissimus. Traxerim, tulerim, gestarim. Quo, quam-

Digitized by Google

14.

Ibo ad eam, ut sciscam, quid velint: valvae sonunt. i. s. N. v. sonunt.

MEDUS. (Alii: MEDEA.)

1.

Quid tandem? ubi ea est, quod receptat? exul incerta vagat.

N. v. vagas pro vagaris.

2.

Clamore et sonitu colles resonantes bount.

N. v. bount.

3.

Mulier egregiissimâ formâ.

Prisc. 3. p. 600.

4.

— Possum ego istam capite cladem averruncassere. t. t. c. N. v. aberruncare.

vis durius dicto, non erat quod adeo offenderentur viri docti. Perpetim ponendum etiam ap. ipsum Festum.

Medus. Comoedia fuit hoc nomine Theopompi de laeta Medeae matris et Medi agnitione. De Medo consule Pausan. in Corinth., Strabonem, alios. Mihi haec Pacuvii ad soccum pertinere videtur, non cothurnum. Delr. (Theopompus, Atheniensis, comoediae veteris poëta, Medo laudatur Athenaeo 11, 481, e; 485, c.) Delr. Medus, Aegei ex Medea filius, dum matrem quaerit, ad Persen, Aeetae fratrem, tempestate delatus et in vincula conjectus est jussu regis, qui, oraculo monitus, mortem cavebat ab Aeetae progenie; quem tamen elusit Medus, Hippoten se esse, Creontis filium, mentitus. Eodem venit junctis draconibus mater ejus Medea, cumque sterilitas ibi esset et penuria frugum, Dianae se sacerdotem simulans, pestis ejus expiationem promisit regi. Deinde ut audiit, Creontis filium in custodia haberi, odio illius mota persuadet Persae, non Hippoten eum esse, sed Medum, Aegei filium, missum, ut ipsum interficeret; petitque ut sibi tradatur occidendus. Quod ubi factum est, ipsaque filium agnovit: secreto colloquio ensem ei tradit, quo Persen Medus interfecit et avito regno potitus est. Sic propemodum Hyginus fabula 27, indeque aliquot horum fragmentorum lucem accipiunt. Quorum primo V. scribit: — est? quo ire coeptat exul? incerta an vagat? Voluerat etiam Mercerus quo ire coeptat. Verum receptat nihil aliud esse puto quam receptad, quemadmodum depravari solet d illud ephelcysticum, itaque hanc suspicor esse poëtae manum: — ubi ea est? quo receptad exul? incertan' vagat? Sic autem ipse Medus, matrem investigans. — 2. Clamore, hominum fortasse fame pereuntium. Vide notata ad fr. 1. — 5. Mulier, Medea, nisi fallor, quam aliquis venisse nuntiat Persi. — 4. Verba Medeae ad filium sero agnitum, quem servari cupit. Compleveris trochaïcum versum, si scripseris Mede, possum etc., cui nomini offecerit praecedens Medo. Malueris istam ego, erit jamb. senarius. Sed rei crepidae aptius est alterum metrum. —

Digitized by Google

5.

Divorsi circumspicimus, horror percipit. i. s.
Macr. S. 6, 1.

6.

Illum, Amor quem dederat, qui plus pollet potiorque est patre. t. t. c.
Cic. Tusc. 4, 32.

7.

Atque eccum in ipso tempore ostentum senem. i. s.
F. v. ostentum, p. 318, 8. Sched. p. 85, 32.

8.

Tueor te senex? Proh Jupiter!
Varro de L. L. 6. p. 67.

9.

Sentio, pater, te vocis calvi similitudine.
N. v. calvitur, p. 6.

10.

Sed quid conspicio? num me lactans calvitur Aetas? i. s.
Ibid.

5. Ex Medea esse dicit Macr. Narrat fortasse matri Medus, ut ad littus ejectus cum sociis tempestate timuerit, postquam cognovit, forte se delatum esse ad Persae terram. — 6. Cic.: Hic amor Medeae quanta miseriarum excitavit incendia! Atque ea tamen apud alium (Ennio) poëtam patri dicere audet, se conjugem habuisse Illum etc. — 7. Sic Medea, nisi fallor, conspecto Perse. — 8. H. e. Tueor te, cum senex sim, sive in senecta? Dicit Perses Medeae, quam voce agnoscere sibi videtur. Cui respondet illa sequente versu, se non esse Medeam, sed Dianae sacerdotem. Vide notata ad fragm. 1. — 10. Videntur haec conjungenda cum fragmento 8 ut sic scribatur:

Sed quid conspicio? num me lactans calvitur
Aetas? intueor te senex? P. J.

Scal. ad fragm. 8: Ex Medo, inquit, Pacuvii, ni fallor:

(—) Medea. *Atque eccum ipsum in tempore* (t. t. c.)
Ostentum senem. Tueorne te senex? P. J.
Senex. *Quis tu es, mulier*, quae me insueto nuncupasti nomine? (vid. Ennii Medea.)
Medus. *Sentio* etc.
Sed quid conspicor? num me lactens (sic) *calvitur aevitas? Coelitum Camilla* etc. (vid. Ennii Medus.).

„Ita haec," inquit, „conjuncta, si nihil aliud, aliquam tamen speciem et dignitatem obtinebunt." Quod assentiri viro eruditissimo non possum, ut qui temere mutatis metris vocabulisque juvari negem antiquitatem. Sic tamen ista excudi jussit in ed. sua Scriv., nisi quod hoc monet ad verba Sed quid conspicor: „Ibid. (ap. N.) Sed ex alio opere, atque etiam fortè auctore. Nam hiulcus hic locus est." —

Digitized by Google

11.

Populoque ut faustum sempiterno sospitent. i. s.
N. v. sospitent.

12.

Cedo: quorsum itiner tetinisse ajunt?
N. v. tetinerit.

13.

Linguae bisulcae jactu crispo fulgĕre. i. s.
N. v. fulgere.

14.

Quae res te ab stabulis abjugat, certum est loqui. i. s.
N. v. abj.

15.

Qua super re interfectum esse Hippotem dixisti?
F. v. superescit p. 547, 7. Fr. p. 55, 19.

16.

Repudio auspicium. Regrediundum est illico. i. s.
N. v. ilico.

17.

Accessi *ad* eam, et tonsillam pegi laeto in littore.
F. v. tonsillam, p. 573, 1. Fr. p. 78, 3.
Prisc. 10. p. 894.

18.

Te, Sol, invoco, ut mihi potestatem duis inquirendi mei parentis.
Charis. l. 1. p. 79.

11. Faustum, Persae regnum, ipsò interfecto. Sic Medea deos invocaverit pro filio, in dignitatem regiam evecto. — 12. Aut multum fallor, aut dicuntur dracones, quibus junctis avecta est Medea, interfecto Perse; qui dracones quorsum avolaverint, quaerit Medus. De iisdem sermo est sequente versu. — 14. Malim haec ita digeri atque scribi: a Q. r. te ab st. a.? b Certum est l. — 15. Scribamus Q. s. re te interf., et metri gratia trochaïci vel dixti, quod malim, ut versus sit μείουρος, vel dixisti Hipp., ut sit integer, non eliso verbo imperfectum. Quaerit ex Medo mater, cur id fecerit. De Hippote vid. Diodor. 4, 56. Homicidii postulatam ab eo Medeam judices absolverunt. De ipsius caede nihil Siculus. — 16. Medi fortasse verba, postquam escendit in terram, et quodam indicio agnovit, esse Persae, inimici sui. Quare, repudiato felici, quod ei factum erat, auspicio, statim vult redire. — 17. Libri Acces eam, unde facias, expleta lacuna, Accessi ad terram. Versus tum erit t. c. Ceterum priore loco Festi legitur laevo, sed posteriore et in ed. vet. Prisciani, quae Venetiis excusa est, laeto, quod merito probavit V. Cf. Attii Phinid. 4. Oratio haec quoque est Medi. — 18. Charis.: Heres, parens, homo, etsi in communi sexu intelligantur, tamen masculino genere semper dicuntur. nemo enim aut secundam heredem

Digitized by Google

19.

a — Ques sunt isti? b Ignoti nescio ques ignobiles. t. t. c. Charis. ib. pp. 70, 71. Prisc. lib. 13, p. 960.

20.

Custodite hunc vos, ne quis vim attulat, neve attigat. t. t. c. Diom. lib. 1. p. 378. et N. v attollere.

21.

Si resto, pergit iter; jam si ire conor, prohibet betere. i. t. N. v. betere.

22.

Profundum dicitur id, quod altum est, ac fundum longe habet. *Pacuvius* in Modo (fragm. *Medo*): *neque profundum.*

F. v. profundum, p. 382, 7. Fr. p. 19, 34.

(28.

Charis. p. 80. Putsch.: Gulam, ut Julius Modestus ait, per u scribemus, non per y, quae graecis vocabulis necessaria est et saepe in u transit. ut Suecius in Mido, *Inter se degularunt omnia.*

Haec ad Pacuvii Medum retulit Scriverius in Addendis, pag. 775 quae quidem verba comoediam sapiunt, non tragoediam. Quas ea de re scriptas ab se notas laudet vir doctus, non habeo dicere.)

NIPTRA.

dicit, aut bonam parentem, aut malam hominem, sed masculine, tametsi de foemina sermo habeatur. Nam Marcus ait Heres ipsius secundus. Et Pacuvius in Medo, cum ostenderet, a Medo matrem quaeri, ait Te, Sol, invoco etc. De nomine parentis mire fallitur grammaticus. Verba, pro captu librariorum transposita, ad modum prosae orationis, sic ordinabis metri gratia:

Te, Sol, invoco, t. t. c.
Inquirendi ut mei parentis mihi potestatem duis.

— 19. Dicta, nisi fallor, conspicientium Medum cum sociis, ad Persae littora delatum tempestate, vesteque tenui indutum, ne agnoscatur. Ques pro Qui (τίνες) interrogativo pluralis numeri veteres dixerunt. — 20. Sic plane Diomedes. Non., cujus scripturam dedit Scriverius: C. istum vos, ne eum qui attollat, neve qui att. Attigo et Attulo usitata veteribus. Vide Parei lexic. Plaut. v. Tulo. Dicit autem haec Perses rex, Medum haberi jubens in custodia. Vim non liquescit. — 21. Libri pergitur, pergit ut, peragitur, pergit iter. Scribendum censeo: Si resto, percit iter, h. e. urget, quod poni volebat V. Tralaticia c et g litterarum commutatio.

Niptra. Niptram Gellius, alii (?) Niptras vocant. (Falsum de Gellio, qui sic 15, 29: Itaque Pacuvius in fragoedia, quae Niptra inscribitur etc.) Agi de pugna ad naves, primum fragm. subindicat. Inscriptionis causa ex antepenultimo

Digitized by Google

1.

Barbaricam pestem navibus nostris obtulit, i. s.
Novâ figurâ factam, commissam infabre.
N. vv. infabre et committere.

2.

Aetate integrâ, i. s.
Feroci ingenio, facie procerâ virum.
N. v. facies, p. 52. Gell. 13, 29.

3.

— Inde advenio montem Oetam in scruposam specum.
Prisc. lib. 6, 713. Non. v. specus.

clara et ex Homero, cujus ea pars Odysseae, ubi Ulyssem, pedes abluens, nutrix agnoscit, etiam ab Aeliano vocatur Νίπτρα. Sed dubitare me facit, quod pleraque fragmenta ad ἐπὶ ναυσὶ μάχην pertinere videntur, et quod, cum Ulyssem diu post Telegonus occiderit, de quo Chaeremon apud Athenaeum lib. 13. et Astydamas ap. Aristotelem, in Niptris morientem induci Ulyssem docet Cic. 2. Tusc. Dissentit ergo ab Homero et reliquis Pacuv.; nisi Cic. memoriae lapsu addiderit idque moriens, vel id aliunde irrepserit. Delr. (Chaeremon, poëta tragicus, apud Athenaeum 13, 608, c, de rosis:

Κομίσιν ὡρῶν σῆματ' εὐανθῆ ῥόδα
Εἶχον, τιθήνημ' ἔαρος ἐκπρεπέστατον.

De Ulyssis morte nihil.) Argumentum fabulae Sophocleae (Νίπτρα, ἢ Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλήξ,) mors Ulyssis, de qua Hygin. fab. 127, Eustath. p. 1676, quem laudat Brunck. in annotatis ad Νίπτρων Sophoclis fragmenta. Cf. Cic. Tusc. 2, 21. *Fr.* 1. V. satis habet explicare Barbaricam, h. e., inquit, Trojanam. Sed quaenam, quaeso, pestis intelligenda est? Equidem cogitabam de ponte isto, quem nova sane figura et infabre fecisse dicitur Apollo Iliad. 15, 355, cum in naves Graecorum irruerent, duce Hectore, Trojani: προτάροιθε δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων

ῥεῖ' ὄχθας κατέτοιο βαθείης ποσσὶν ἐρείπων
Ἐς μέσον, κατέβαλλε, γεφύρωσεν δὲ κέλευθον
Μακρὴν ἠδ' εὐρεῖαν etc. — 2. Descriptio Telegoni, quem populantem agros Ithacae aggressus pater Ulysses et ab eo interfectus est. Facies hic est, ut ait Gell., forma omnis et modus et factura quaedam corporis totius, a faciendo dicta, ut a spectu species. (Hoc vult scriptura codicum ab aspectu, quam miratur Gron.: librarius enim imprudenter exaratum ab addito a correxit, more ejus nationis, falsa non expungentis, et a fingendo figura. Itaque Pacuvius in tragoedia, quae Niptra inscribitur, facies dixit hominis pro corporis longitudine etc. — 3. De se narraverit Telegonus, qui ubique patrem quaesivit, jussu matris Circae. Prisc. non nisi haec laudat Adv. in scruposum (Putsch. male scrupulosam) specum, quae seorsim edidere, merito improbante Vossio. Apud Non. haud legitur praeposito.

Digitized by Google

4.

Spartam deponere instat, id si perpetrat.

F. v. perpetrat, p. 389, 1. Fr. 17, 18.

5.

Tu quoque, Ulixes, a. d.
Quanquam graviter cernimus ictum,
Nimi' paene animo es molli, qui agere
Aevum consuetus in armis. a. paroem.

Cic. Tusc. Qu. 2, 21, ubi et leguntur fragmenta 6, 7, 11.

6.

Retinete! tenete! adprimite ulcus a. d.
Nudatum! Heu miserum me, excrucior!

4. F.: Pacuv. in Teucro: neque perpetrare precibus imperia qui decimus patris Spartam deponere (Fragm.: qui detinui p. Sp. reponare) instat etc. Inde hoc Scal. exsculpsit: — imperio quiti. Et in Niptris: Spartam repedare instat etc. Quod profecto ingeniosum. Nec tamen sibi constat vir sagacissimus, cum addit, videri Pacuvium scripsisse reponere propter versum. Quasi non frequens hiatus sit apud poëtas hos vetustos, quem etiam auferre potuit Pacuvius scribendo repedared. Sed verum videtur esse deponere ea potestate, qua dicimus aedificium deponere, vel ramos etc. Dixerit aliquis Trojanus, prope esse ut diruatur ipsa Sparta, si Hector naves Graecas combusserit. — 5. Graviter ictum, pastinacae radio, quem sagittae praefixerat Telegonus. Ἀμέτρως legitur ictum, Nimis paene animo es molli, qui cons. in a. aevum agere. V. ita haec ordinabat, itidem usurpatis anapaesticis dimetris:

Tu quoque, Ulysses,
Quanquam g. c. i.,
Nimis es penè animo molli, qui
Consuetus in armis agere aevum.

Sed horum versuum postremi duo vehementer claudicant. Nostrorum quoque penultimus elumbis est usurpato tribracho agere pro anapaesto, cum anapaesticorum syllabae finales non soleant esse ἀδιάφοροι apud poëtas Graecos: nam Seneca quidem et tribracho et trochaeo finit hoc genus versuum, ut animadvertit doctissimus Seidlerus libri de versibus dochm. p. 80. Cf. nobis monita ad Senec. Herc. fur. 1134. ed. majoris. Potest igitur ferri agere; sed valde erigentur numeri, si scribes agitare, quod explicationi cesserit. Ennius ap. Gell. 12, 2:

Qui tum vivebant homines atque aevum agitabant.

Virg. Georg. 4, 154: magnisque agitant sub legibus aevum. In formam trochaïcorum t. c. redigi haec sine violentia non possunt, quibus hic locus foret; in acatalecticorum utcunque possunt; verum adeo concitatum metri genus abhorret a sedata istorum hominum oratione, qui ferebant Ulyssem saucium, ut novimus ex Cicerone. — 6. Inepte legitur: R., t. opprimite, Ulcus nudate. Minus quoque recte ad praecedentia referri videtur mittite (— abscedite, jamjam mittite. Nam etc.). —

Digitized by Google

(Incipit labi; deinde illico desinit.)
Operite! — Abscondite jam jam! a. paroem.
Mittite: nam attrectatu et quassu a. d.
Saevum amplificati' dolorem. a. paroem.

7.

Pedetentim ite et sedato nisu: ne [succussu] arripiat major dolor. i. t.

8.

Nec ulla subscus cohibet compagem alvei, i. s.
Sed suta lino et sparteis serilibus.
F. vv. serilla p. 500, 13. et subscudes p. 539, 2. Fragm. p. 56, 18.

9.

Pariter te esse erga illum video, ut illum ted erga scio. t. t. c.
N. v. pariter.

10.

Cedo tamen pedem *mihi*, lymphis flavis flavum ut pulverem
Manibus isdem, quibus Ulixi saepe permulsi, abluam,
Lassitudinemque minuam manuum mollitudine.
Gell. 2, 26.

7. Interpretatio est succussu; id quod ipsius metri indicio agnoscas. — 8. Subscudes sunt tabellae ligneae cuneatae ad trabes aliave committenda. Vide Fest. et V. Etymol. L. L. v. subscus. Serilla ab aliis serilia dici monet ibidem V. v. serilla; et recte, ut opinor, quia derivari serilibus a serilia plurali numero potest, a serilla ex regula non potest. Legitur tamen serillibus. Serilia funiculi sunt sparto conserti. Vid. Fest. Descriptio haec videtur navigiorum, quibus ad Ithacam insulam appulit Telegonus, opere festinato. — 9. Ted pro te reponendo versum sanavit V. — 10. Gell.: Flavus, inquit, contra videtur ex viridi et rufo et albo concretus (color). Sic flaventes comae, et, quod mirari quosdam video, frondes olearum a Virgilio dicuntur flavae. Et V. in Etymol. L. L. v. Flavus: Quia ingens est colorum affinitas, Agraetius flavum exponit rubeum, atque ita dici ait flavam Cererem: Virg. in V. Aen. (v. 309.) flavam ait olivam: nempe ut ξανθὴν ἐλαίαν dixerat Aeschylus in Persis. Donatus ap. Maronem interpretatur viridem: sed, ut puto, minus recte etc. W. monet, Ennium dixisse pulverem fulvum Annal. lib. 8. pag. 245. ed. Columna., sive p. 81. Hessel. De verbo permulsi adiri jubet Mitscherlichium, virum clarissimum, in notatis ad hymni in Cererem v. 30. Jac. Gronov. locum Gellii, explicans, qui quidem nomen fabulae non prodidit, ita scribit: Quibus Ulyssi saepe permulsi. Quod optime capit personam ipsius matris Ulyssis Anticleae (imo nutricis Eurycleae). De hac enim Cic. lib. 5. Tusc. Qu. c. 16: Haec, quae sunt minima, bona tamen dicantur necesse est: candiduli dentes, venusti oculi, color

Digitized by Google

11.

Conqueri fortunam adversam, non lamentari decet: t. t. c.
Id viri est officium, fletus muliebri ingenio additus.
Cic. Tusc. Qu. 2, 21.

12.

Vos hinc defensum patriam in pugnam betite. i. s.
N. v. betere.

PAULUS.

1.

Pater supreme nostrae progenii patris.
N. v. progenii. Gell. 9, 14.

2.

Quae via caprigeno generi gradibilis gressio est. t. t. c.
Prisc. 6. init. Macr. Sat. 6, 5.

suavis, et ea, quae Anticlea (Euryclea) laudat, Ulyssi pedes abluens,

Lenitudo orationis, mollitudo corporis.

Ut forsan ex eadem tragoedia et versus ab Gellio citati et allusio Tulliana exstiterint. Sic ille. Euryclea Odyss. 19, 379:

Πολλοὶ δὴ ξεῖνοι ταλαπείριοι ἐνθάδ' ἵκοντο,
Ἀλλ' οὔπω τινά φημι ἐοικότα ὧδε ἰδέσθαι,
Ὡς σὺ δέμας φωνήν τε πόδας τ' ὀδησῆϊ ἔοικας.

— 11. Cic., postquam laudavit ista Operite, abscedite, etc. Videsne, inquit, ut obmutuerit non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor? Itaque in extremis Niptris alios quoque objurgat, idque moriens (Ulysses): Conqueri etc. — 12. Sic Ulysses exhortatur Ithacenses in Telegonum. Quae huic tragoediae accenset Scal. Castigatt. in Catull., verba Priusquam oppetam etc., de iis cf. Incertorum tragicorum fragm. 14.

Paulus. Tragoedia praetextata de celeberrimo L. Aemilio Paulo, iterum consule, qui fudit Perseum, Macedoniae regem, a. U. C. 586, ante Christ. nat. 168. *Fragm.* 1. Scaligero in mentem venit hisce adjungere Novii ista apud N. v. celere:

Nunc ted obtestor, celere sancto subveni
Censori.

Vid. Scal. ad Varr. de L. L. 6. p. 68. ed. Durdrecht. a. 1619. excusae. Cui perperam auscultavit Delrio. Ceterum hoc exemplum est formae progenii, quemadmodum etiam acii (pro aciei), dii (pro diei), pernicii, luxurii, specii, veteres dixisse monet Gellius. — 2. Sic plane Prisc., nec dubitandum, quin scribendum sit, ut scribi jubet V., Quâ viâ. Idem metri causâ malis, verbis transpositis, gressio gradibilis est; sed praestat copulam inserere post generi, quod cave elidas, vel pone generid. Macrobius: Quamvis caprigeno pecori grandior gressio est; quam scripturam merito damnat V. Describi videtur mons ille arduus ascensu, quem Milo et Histiaeus et Theagenes, a Perseo missi, cum V. millibus Macedonum obtinebant; sed tanta negligentia, ut nemo adventare Romanos, duce P. Scipione Nasica, senserit. Vide Supplem. Liv. 44, 35. —

Digitized by Google

Sagittis plumbo et [illegible] nivit. l. s. N. v. nivit.

PERIBOEA.

Ardua per loca agrestia ac trepidante gradu nititur. N. v. niti.

3. Aguntur, nisi fallor, pugnae Romanorum cum Macedonibus consertae in ipso alveo Empei. Livius l. l.: Ipse (Paulus) postero die, ut distineret regem ab circumspectu rerum aliarum, prima luce medio in alveo cum stationibus hostium proelium commisit; pugnatumque utrimque est levi armatura, nec gravioribus armis in tam inaequali alveo pugnari poterat. Descensus ripae utriusque in alveum trecentorum ferme passuum erat; medium spatium torrentis, alibi aliter cavati, paulo prae quam mille passus patebat. Et paulo post: Sole orto postero die, irritatis certamine animis, etiam acrius concursum est; sed Romani non ab his tantum, cum quibus contractum certamen erat, sed multo magis ab ea multitudine, quae disposita in turribus stabat, omni genere missilium telorum ac saxis maxime vulnerabantur, etc.

Peribοea. De Periboea, uxore Lelantis, Aurae matre, multa tragica Nonn. Dionys. *μκ'*. an hoc argumentum; an idem quod Perrhaebis Aeschyli, cujus meminit non semel Athenaeus; an de Eurymedontis Gigantis filiâ, de qua Homer. 7. Odyss., agatur, plane ignoro. Delr. (De Perrhaebis Aeschyli haec tantum Athenaeus 11, 476, c: *Αἰσχύλος δ' ἐν Περραιβοῖς τοὺς Περραιβοὺς παρίστησιν ἀντὶ τοιχείων τοῖς κέρασι χρωμένους διὰ τούτων*

— — *ἀργυρηλάτοις*
Κεράσι χρυσᾶ στόμια προσβεβλημένοις.

Nam ita scribendum arbitror, non *Κέρασι*, quod habet vulgus editionum, vel *Τοῖς κέρασι* cum Schweighaeusero secundum Stanl. not. in Aeschyli Fragm. p. 643. edit. Pauw. *Κεράσι* contractum ex *κεράασι*: vid. Matthiae Addenda ad gramm. graec. p. 100, ubi similiter scribendum est *κεράτα, φρεάτι*. *Προβεβλημένοις*, quod ex Epitome accivit Schweigh., ipso metro arguitur, nec male Villebrunius *προσβεβλημένα*. Addendum Perhaeborum nominibus Aeschyli fabularum in indice Athenaei, p. 10. ed. Schweigh.) Possit etiam intelligi Periboea, Hipponoi filia, quam, compressam ab Hippostrato, Oeneo, Aetoliae regi, misit pater, longe a Graecia asportandam; sed amavit puellam Oeneus, duxitque uxorem, et ex ea suscepit Tydeum. Sic quidam narrant; alii aliter. Vid. Apollodor. 1, c. 8. Explicari hinc possint exilium fragm. 5, et 18. Melanippa, Oenei filia, de qua Anton. Liberal. c. 2. Sed multa in hisce dubia et obscura. *Fragm.* 1. Haec accipienda dicas de Aura, Periboeae filia et comite Dianae, de qua Nonnus. Baccho Veneris artibus conciliata, cum gravidam ex

Digitized by Google

2.

Scripea saxa, Bacchi templa, prope adgreditur. — t.
Varro de L. L. 6. p. 66.

3.

Nec tuom te ingenium moderat, neque fraternum ira exilium levat. i. t.
N. vv. moderant et levare.

4.

Parum est, quod te aetas male habet, ni etiam hic ad malam i. s.
Aetatem adjungas cruciatum reticenti?
N. v. senium.

5.

— Sed nescio quidnam est: animi horrescit, gliscit gaudium. i. t.
N. v. gliscit.

6.

Nam mihi perbitere, illis opitularier, i. s.
Quovis exitio cupio, dum prosim. —
N. v. perbitere. Glossar. MS. Forner.

7.

— Thesiantem fremitu concidi melum.
N. v. melos.

deo se sentiret, in furorem versa est, qui furor hic videatur describi. Fuit haec fortasse manus Pacuvii:

— *Ardua per loca agrestia* a. d.
Trepidante gradu nititur. —

Displicebat ac etiam Vossio, ineptumque est agresti. — 2. Haec eodem referas, quae antecedentibus jungunt Scal. et Delr. — 3. Recte, nisi fallor, Delr.: fraterna. Exilium, Periboeae, quam duxit Oeneus. Vix haec unius membra tragoediae, de una Periboea scriptae. — 4. Si me scribes pro te, quae pronomina est cum miscentur in codicibus, item huc vel huic (i. e. mihi, τουτῳ ἀνδρί,) pro hic, et cum Delrione reticentia, sic compellare videbitur filiam senex Hipponous, stupratoris nomen edere timentem. — 5. Horrescit animi dictum putat V., ut excruciari vel angi animi, laetari laborum, gaudere voti, in quibus Graecos Latini imitantur. Sed malim scribi animi horrescunt, ut haec verba μονολόγα sint Aurae, graviditatem sentientis suam. — 6. Vulgo N.: Nam me perb. —, dum possim; sed vetus Mediol. et Junian. Majus ap. Vossium: Nam me mihi perb., iidemque libri et Aldinus prosim. Me mihi requirere V. putat metrum, quod eo evertitur. Ceterum recte: Sententia, inquit, est Peream sane mihi, dum aliis non peream, sed prosim. Me perperam ab se perscriptum addito mihi librarius emendavit. Quod addunt explendo versui posteriori, modo abest a libris. Cf. notata ad 28. — 7. Thyasiantem (Thias.), quod est, inquit V., thyaso (thiaso) bacchan-

Digitized by Google

8.

Consternate animo, ex pectore hac et volvens i. s.
Consilium subit omnes, quod de nata est modo
Qui pacto inimicis mortem et huic vitam adferas.
N. v. consternari.

9.

Belluarum ac ferarum adventus ne tetret loca. t. t. c.
N. v. tetret. (taetret ap. Mercer.)

10.

Precor veniam, petens, i. s.
Ut, quae egi, ago, axim, verruncent bene.
N. v. verruncent.

11.

In triplici pertimefactus moerore animi errans vagat.
N. v. vagas.

12.

Postquam est oneratus frugum et floris Liberi. i. s.
N. v. genitiv. positus pro ablat., p. 498.

13.

Tamen obfirmatod animo mitescit metus. i. s.
N. v. tamen.

14.

Patior facile injuriam, si est vacua contumeliâ. t. t. c.
N. v. injuria.

tium convenientem, scribit Hadr. Junius, ipse V. fremitu cum Aldo. Qui V. recte tuetur concidi, h. e. „Bacchicum melos multo fremitu intercidi atque impedii.“ Dicere haec videtur Aura. — 8. Scribam sic: — ex pectore hoc evolvere Cons. subeat omne, quod natum est modo etc. Libri ipsi Consternate animo et partim evolvere, probante Vossio, qui secundum versum emaculavit. V.: Consternatae animae, et in fine efferas. Mediol. afferas. Lipsio Epist. 5, 22. placuerat — expectoratae volvere Cons. subiit omnes quod natum est modo. — 9. Non liquescit Belluarum, nec quidquam mutandum est, quod quidam volunt. — 10. Delr. et V., posteriorem versum sarcientes, scribunt ago vel axim. Possis etiam Ut, quae ego egi etc. quae non eliso. Facile ego, sequente simili, negligebatur. Vel potius: Ut, quaeque (h. e. quaecunque) ego egi etc. Scriptum queque: inde que alterum omissum. — 11. Tentat V. Hinc triplici, Is tripl., Multiplici, nisi In sit delendum. Scribendum censeo: Multipliciter pertim. etc. Sallust. orat. 2. ad Caes. cap. 10. (18.): Multipliciter animus curis ac laboribus fatigatur. Versus jam t. t. c. Quod vulgo habetur post animi, vocabulum incerte non est in scriptis. — 12. Perperam Mercer.: honoratus. — 13. Inconsulte N.: Tamen significat tandem. Ponendum ajo Tandem ap. Pacuvium. Vocabula permixta passim. — 14. Libri καπφανες vacua a cont. —

Digitized by Google

15.

— Regnum potior, conjugem macto Inferis.
N. v. nominat. pro genitivo, p. 501.

16.

Flexa, non falsa, autumare dictio Delphis solet. t. t. c.
N. v. autumare.

17.

Tu, mulier, tege te et tuta templa Liberi. i. s.
N. v. tutant.

18.

Non potest, Melampa, hic sine tuâ operâ exantlari labos. t. t. c.
N. v. exantlare, p. 292.

19.

Lapit cor cura, aerumna corpus conficit. i. s.
N. v. lapit.

20.

— Corpusque meum tali a. d.
Moerore, errore, macore senet.
N. v. macor.

21.

Metus, egestas, moeror, senium, exiliumque et senectus. as.: t. d. et i. d. c.
N. v. senium.

22.

Ecfare: quae cor tuom timiditas territat? i. s.
N. v. timor, p. 228.

23.

— Nam si te regeret pudor, i. s.
Sive adeo cor sapientiâ imbutum foret.
N. v. imbuere, p. 521.

15. Quid hoc ad Periboeas? Vereor ut nomen fabulae verum prodiderit grammaticus. — 16. Flexa, ambigua, obscura. Notus Apollo Λοξίας. Delphis, Δελφίς. — 17. Male Ald. Delr. Scriv.: — tege et tuta t. L. Mediol.: Tum m, coge te ut tutent t. L. Unde V.: Tum, m., coge ut tutent t. L. Cui tamen et vulgata ferenda videbatur lectio. Nos malimus: Tu, m., tegete tuta t. L. Gloss. ap. Voss. Etymol. L. L. v. Tego: Teges, ψίαθος, σπέπαστρον. Similia, nisi fallor, sunt Plaut. Rud. 18, 19. — 19. N.: Lapit significat obdurefacit et lapidem facit. — 20. MS. tali. Vulgo tabe. — 21. senium, odium, taedium. Non elidenda vox. —

Digitized by Google

24.

— Mane: t. t. c.
Expedibo. Fac tu contra mihi, quod rogo, respondeas.
N. v. expedibo, p. 477.

25.

Regnum imperator, aeternum morum sator. i. s.
N. de numeris et casibus, p. 495.

26.

Gnate ordinem omnem ut dederit enoda patri. i. s.
N. v. enoda.

27.

O multimodis varie dubium et prosperum copem diem! t. t. c.
N. v. copi.

28.

Quanquam aetas senet, satis habeam rem virium, ut te ab ara arceam.
Prisc. lib. 10, p. 887.

PSEUDO.

Ni ego te blaterantem adspicerem, his mendacium indicassem.
Fulgent. p. 562.

24. Metro turbato legitur: fac tu mihi contra. — 25. Praeter necessitatem V. malit Regum, nec placet, deûm vel deorum offerens pro morum. Scribamus:

Regnûm imperator, aeterne humanûm sator.

humanûm, hominum. Nota illa hominum sator atque deorum, πάτηρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Scriptura continua exaratum aeterneumanum (sicut desiderari solet h littera in libris) magis magisque depravatum est, perperam geminato m, et a in o, n in r mutatis; quae mutationes non sunt novae. — 26. Haud inepte legeretur ordine omne. Sic autem libri vett., non Gnato et enodat, quae verba occupant typis excusos. Omne, omnia. Cf. Senecam Herc. Oet. 49, nobisque ad eum locum notata in priore ed. Enoda, explana. — 27. copem copiosum, abundantem prosperis. — 28. Scribas licet, restituto t. t.:

Quanquam aetas senet, satis habeam virium, ab ara ut te arceam.

Istud rem post habeam nihil aliud significat, quam librarium legi voluisse haberem pro habeam. Sed illud soloecum est. Quae Scriv. e glossario Forneriano profert, haec Ollis opitularier cupio, pertinent ad fragm. 6, ubi sane legendum ollis. De verbis Tacete et tonsillas etc., quae item hic leguntur, tanquam petita e Phinidis Pacuvii, vide animadversa ad Attii Phinidarum fragm. 4.

Pseudo. Fulgent.: Blaterare quasi verba trepidantia metu balbutire dixerunt. Pacuvius Pseudone comoedia inducit Sceparnum servum ancillae dicentem: Ni ego etc. Sed recte Mercerus: „Pacuvius," inquit, „comoedias non magis scripsit (sic) quam tragoedias Terentius."

Digitized by Google

TANTALUS.

Extremum etc.

Vide notata ad Atalantae fragm. 24.

TARENTILLA.

Inlustre.

Varro de L. L. 6. p. 82.

TEUCER.

1.

Flexanima, tanquam lymphata, aut Bacchi sacris i. s.
Commota, in tumulis Teucrum commemorans suum.

Varro de L. L. 6. p. 79. (97.) Cic. de Div. 1, 36.

2.

Halcyonis ritu littus pervolgans furor. i. s.

Varro ibidem.

3.

Qui stirpem occidit meum?

Charis. 1. p. 85.

4.

Segregare abs te ausus, aut sine illo Salamina ingredi? i. c.
Neque paternum adspectum es veritus?

Cic. de Or. I. 2, 46.

Pro corrupto isto mencium alii posuere nuncium; sed verisimilius videtur mendacium. Utro modo legas, versus fuerit asynart., constans ex t. d. et ejusdem mensurae jambico, sed catalecto.

Tarentilla. Ab luce inlustre dici monet Varro. Nomen comicum.

Teucri argumentum e Sophocle petitum, ut monet Delr. Quae pauca extant Sophocleae tragoediae fragmenta huc non faciunt. Cf. dicta ad fr. 4. *Fragm.* 1. sic Auratus. Libri vett. fere lymphata ut B., recentiores lymph. et B. Error ille scripturae continuae. — 2. Scal. Conjectan. in Varr.: Furor.] Feror. Apollonius lib. IV. (v. 363.) τηλόθι δ' οἵη

Λυγροῖσιν (imo Λυγρῇσιν) κατὰ πόντον ἅμ' ἀλκυόνεσσι φορεῦμαι.

Cui et ita scribenti, et haec cum primi fragmenti verbis conjungenti, suum in meum mutato, obtemperarunt editores, sed improbante Vossio; et recte. — 3. Exemplum vocabuli stirps genere masculo usurpati. Non extat fabulae nomen ap. Charisium. — 4. W.: Sunt verba Telamonis, qui Teucrum sine Ajace redeuntem ex Trojano bello ad Salamina navem appellere non est passus. Cf. Horat. Od. 1, 7, 21, et, quos ibi laudat Mitscherl., Heyn. Excurs. 23. ad Virg. Aen. 1, Eurip. Helen. 89. seqq. 144. sequ. Versus hi conjungendi cum sequentibus. (ita ut notio patris, qui intelligendus est in Quem, petatur ex verbis paternum adspectum. Sane haec ratio probabilis. Ceterum male sanus locus, cui sic medicinam faciendam puto, ut scribatur neque fratris neci, Neque gnati ejus (neci) parsti, qui etc. parsti, parsisti, ut immersti Plaut. Bacch.

Digitized by Google

5.

Quem aetate exactâ indigem t. t. c.
Liberûm lacerati, orbati, extinxti, neque fratris necis,
Neque gnati ejus parvi, qui tibi in tutelam est traditus.
Ibidem.

6.

Quae desiderio alumnûm, poenitudine, i. s.
Squales, scabresque inculta vastitudine.
N. vv. alumnos, poenitudinem, scaprea, vastities.
F. v. vastum p. 585, 13. Sched. p. 93, 19.

7.

Nos illum interea praeficiendo propitiaturos facul i. t.
Remur.
N. v. facul.

8.

Rapido, reciproco, percito, augusto, citare, rectem, reciprocare unde eque gremiis subjectare, adfigere. *Plautus in Astraba* (fr. 9.): *quasi tollenono aut pilum graecum reciproces plana uta.* (Scribe: *Q. tolleno aut p. gr. r. p. via.* Est versus t. t. c., quod minus animadvertî, cum ista typis imprimenda perscriberem.)
F. v. reciprocare.

6. 9. evasti apud Horatium etc. Conferri possunt notata nobis ad Horat. Art. poët. 129.) — 6. N. omnibus istis locis Squales, vel Squalles, scapresque, sed F. scabres, quod rectius. Quanquam N.: Scapres, pro scabres. Cf. Enn. Andromed. fr. 4. — 7. Vix genuinum est praeficiendo, vel, quod habent Delr. et Scriv., perficiendo. Illud placet Vossio, sed qua sententia, non dicit. Scribendum fortasse perliciendo, ut haec verba sint amicorum Teucri, patrem Telamonem se placaturos esse promittentium. — 8. Festus: Reciprocare pro ultro citroque poscere usi sunt antiqui, quia procare est poscere. Pacuvius in Teucro: Rapido etc. Et Paulus: Reciprocare pro ultro citroque poscere. unde eque gremiis subjectare, ac figere. Venit in mentem Scaligero, haec depravatissima sic scribenda esse: Rapio, reciproco — pedem cito ut ultro citro restem. Reciprocare, sursum deque gremiis subjectare, ac adfligere. Nam sane, inquit, in versu Plauti reciprocare nihil aliud quam susque deque gremio erecto aut depresso gestum ita componere, ut tolleno aut pilum Graecum videatur. Igitur illud Pacuvii reciproco F. exponit ultro citroque restitans pedem cito. Sic ille. Et Grotius:

Rapido (Imo *Rapio*), *reciproco*, *percito*, *augusto*, *freto*.

Et Mercatore (Pacuvii Mercatorem laudat Varro de L. L. 6. p. 75.):

Reciproca te, *nudisque genibus subjectare*, *adfigere*.

V. autem longe melius:

Rapio, *reciproco*, *percito*, *agito ultro*, *citro*. (i. s.)
Reciprocare inde, *eque gremiis subjectare*, *adfligere*.

Digitized by Google

9.

Quanquam annisque et aetate hoc corpus putret.
N. v. putret.

10.

— Ut ego, si quisquam me tagit, et tagam.
F. v. tagit, p. 557, 12. Fr. 78, 18.

11.

Postquam defessus perrogitando advenas
De gnatis, neque quanquam inuenit scium.
Prisc. 4, p. 634.

12.

— Nisi coërceo i. s.
Protervitatem, atque hostio ferociam.
F. v. redhostire. N. v. hostire.

13.

Nam Teucrum regi sapsa res restibiliet. i. s.
F. v. sas.

In isto re rectem latere putat alterius tragoediae nomen, fortasse Orestis, vel Dulorestis etc. Cui de priore versu hactenus assentior, ut malim Rapto, cujus loco scriptum forte Rapdo mutatum fuerit a correctore in Rapido. De Oreste rectissime vir magnus, cum praesertim e et s litteras commutari nonnunquam constet. Quare equidem sic pergam apud Festum: Et Oreste:

Me reciprocare undae, eque gremiis subjectare ac fligere. i. t. Gremium fluminis dixit Sil. 8, 191 etc. Hyginus quidem fab. 120: Sorte audita cum Pylade — sodali suo navem conscendit, celeriterque ad Tauricos fines devenerunt. Sed aliter placere potuit Tragico, ut naufragio amboi ejicerentur in Tauricam, ad cujus naufragii descriptionem pertinuerit hic versus. — 9. Senarius erit, si scribes Qu. ann. atque aetated h. c. p. Sed magis puto, haec cum sequentibus conjungenda esse, et sic fere scripsisse Pacuvium

— *Quanquam annisque et aetate hoc corpus putret,* t. t. c.
Talis tamen sum, *ut ego, si quisquam me tagit, itidem tagam.*

Prior versus est ἀκέφαλος. Jejune Dacer. verba Et tagam Festi esse existimat. Scriptum forte tagititem pro tagititidem, omissis similibus, facile degeneravit. Haec autem Telamon responderint nuntiantibus, Teucri classem fortiorem esse, quam quae appulsu prohibeatur. — 10. Vide notata ad 9. — 11. Malim defessus est cum Vossio, ut hic sit finis iambici t., quem excipiat similis versus. De gnatis, de Ajace et Eurysace, quos requirebat senex. — 12. Perperam F. protervitates, N. coërcuero. Hostio, ferio, ut Plaut. Asin. 358. Cf. F. v. Hostia. Corrigendus in transcursu N.: Hostire est comprimere, recedere (l. cedere), dictum ab hostia. — Hostire, offendere, cedere (l. caedere). Pacuv. Erotopaegnion lib. II.: Hunc (l. Nunc) quod meum admissum nocens hostit voluntatem tuam. (i. t.). Alio pertinere videtur hostire, cum significat aequare. Vide Vossii Etymol. L. L. v. hostio. — 13. Sapsa, eapse. Vid. F. —

Digitized by Google

14.

Aut me occide, illinc hinc si usquam provegeam gradum.
N. v. providere.

15.

Te repudio, nec retipio, naturam dico facessi.
N. v. facessere.

16.

Facessite omnes hinc, parumper tu mane. i. s.
N. ibidem. F. v. facepsene.

17.

Quam te post multis tueor tempestatibus!
N. vv. tueri et tempestas.

18.

Ubi poëtae pro suâ parte falsa conficta canant,
Qui causam humilem dictis amplant.
N. v. amplant.

19.

Profusus gemitu, murmure, ocei stians (occistians) ruat.
F. v. profusus, p. 382, 10. Fr. 20, 3.

20.

Neque perpetrare precibus nec pretio quiit. i. s.
F. v. perpetrat, p. 338, 20. Fr. p. 17, 18.

14. Recte V.: A. me o., illinc si usquam provegeam gradum, cum provegeam placuisset Gifanio. V.: „Vigere," inquit, „absolutae est notionis, vegere etiam activae. Ut ap. Pomponium Macali: Animos Venus veget voluptatibus. Et ap. Ennium Ambraciâ: Aequora salsa veges ingentibu' ventis. Ubi vegere est movere atque erigere. Provegere igitur erit promovere. Et sane N. quoque in hoc Pacuvii loco interpretatur movere, ferre." Itidem corrigendus N.: Providere (l. Provigere, vel Provegere); movere, et ferre (l. efferre). — 15. Recte Mercerus: natum abdico; facesse, quibus verbis Teucrum ejicit pater. Frustra, qui aliter. Versus est i. t. c.; vel senarius et pars τριανλλαβος sequentis. — 16. F.: Facessite omnes hinc, i. e. abite. Nec quidquam praeterea laudat ex hoc loco. Apud Nonium minus modulate legitur hinc omnes. — 18. Ex prolegomenis aut epistola, non ex ipsa tragoedia, prolata haec videbantur Delrioni et Scriverio. Sed sane poëticum colorem habent, eruntque t. t. c. cum simili dimidio versu, si scribetur falso confictum. Grotius, temere plaudente Vossio:

Ubi pro tempore partim vera, (a. d.)
Partim falsa et conficta canant,
Qui causam humilem dictis amplant.

— 19. Profusus, abjectus jacens, ut interpretatur Festus. V. cum aliis: P. g. m. oscitans ruat, vel ruit. Sunt, qui malint occentans. Possis etiam occursans, h. e. quicunque occursabit; vel P. g., murmure, in ori stans ruat. — 20. Vide notata ad Niptr. 4. Scriv.: quit. Sed recte V.: Quiit: lege, ut senarius sit. —

Digitized by Google

21.

Patria est, ubicunque est bene.

Cic. Tusc. 5, 37.

22.

Periere Danai, plera pars pessumdata est. i. s.

Prisc. 5, p. 668. F. v. plera, p. 352, 2. Fr. p. 20, 24.

23.

Nisi citia ferocitate atque ferocia.

N. v. ferocia, p. 490.

24.

Haud sinam quidquam profari, priusquam accepso, quod peto. t. t. c.

N. v. accepso.

25.

Mihi classem imperat t. t. c.

Thessalam nostramque in altum ut properiter deducerem.

N. v. properatim, p. 155.

26.

Flictus navium.

Serv. P. Daniel. in Aen. 9, 666.

27.

— Armamentûm stridor et rudentisibilus. t. t. c.

Varro de L. L. 4. p. 7. Coelius ap. Cic. Epist. famil. 8, 2. Serv. Fuld. ad Aen. 1, 87.

21. Teucri vox, patria excedentis. Poëtae nomen Cic. non posuit; sed recte haec Pacuvio tributa censeo a Delrione: nam de obsoleta Livii fabula non est cogitandum. — 23. Scal. Scriv.: Inscitia f. a. f. Delr.: Nisi inscitia, f. a. f. Fruterius malebat Insita fer. Mercero et Vossio haec eadem videntur atque ista Nisi coërceo etc., quae 6. loco horum fragmentorum posuimus. Dissentiendum mihi est a viris doctis, qui vix dubitem, hanc esse Pacuvii manum: Nisi oito is, ferocitatem (tuam) aequo (aequabo) ferocia (mea), quae verba fuerint minantis Teucro Telamonis. Versus est t. t. c., sed ἀκέφαλος. — 27. V.: „rudentum sibilus.] Scribe rudentisibilus. Nam ita dixisse Pacuvium, aperte dicit Varro in 4. de L. L. (p. 7. ed. Durdr., quae a. 1619. excusa est.) Sed quia ejusmodi compositio Pacuvio quam oratore Tulliani aevi dignior est, iccirco Coelius, ad Ciceronem scribens, pro eo rudentum sibilus maluit.“ Ceterum ap. Varronem nihil legitur praeter verbum rudentisibilus. Coelius autem: Hic tibi, inquit,

Strepitus, fremitus, clamor, tonitruum et rudentum sibilus.

Unde intelligitur, cur rudentum scripserit Coelius. Optimus autem hic versus troch., et dubitari potest, sitne Pacuvii, an similis, ab alio Tragico profectus. Quae praeterea huc refert Delr., verba Nam si curent etc., ea pertinent ad Telamonis Enn. fr. 20. Scaligeri autem ista Maxime Teu ..... nunquam nihil aliud sunt quam Virgilii versus, qui legitur Aen. 8, 470

Digitized by Google

THYESTES.

Non illic luteis Aurora bigis.
Fulg. v. luteum, p. 568.

EX INCERTIS PACUVII TRAGOEDIIS.

1.

— Quin etiam ferae, t. t. c.
Quibus abest ad praecavendum intelligendi astutia...
Cic. de fin. l. 5, 11.

2.

Ego odi homines ignavâ operâ et philosophâ sententiâ.
Gell. 13, 8.

3.

Nam si qui, quae eventura sunt, provideant, aequiparent Jovi. i. t.
Id. 14, 1.

4.

Filios sibi procreasse per Calypsônem autumant. t. t. c.
Charis. 1. p. 47. Prisc. 6, p. 685.

5.

Nerei repandirostrum, incurvicervicum pecus. t. t. c.
Quinctil. Inst. or. 1, 5. circa fin. Varro de L. L. 4. p. 7.

6.

— Terra exhalat auram atque aurora humectam. t. t. c.
Varr. 4, p. 12.

7.

Exorto jubare, noctis decurso itinere. i. s.
Id. 5, p. 45; 6, p. 77.

1. Cic.: Quin et. f., inquit Pacuvius, qu. a. ad pr. int. ast., sibi injecto terrore mortis horrescunt. — 2. Scribendum videtur Ergo odi etc. Vel certe: Odi ego etc. Versus t. t. c. Delrio: Hunc versum Macedo philosophus (Aristoteles) pro foribus templorum omnium scribi debere censebat etc. — 3. Haud male V. suadet aequiparem. — 4. Charis.: Filios s. pr. eandem per C. aut. Priscian.: Filios s. pr. dicitur, eundem p. C. a. E glossemate sunt verba dicitur et eandem vel eundem. Ad Niptra referebat Delrio, qui habet Filias. — 5. Phocas intelligit Turnebus. — 6. Insulse libri: auroram humidam humectam. Humectam legi voluit librarius, cum humidam forte exarasset. Nimio conatu V.: Exh. auram tetram (sic etiam Scriv.) atque humectam. Terra atque aurora, terra matutino tempore. Ἐν διὰ δυοῖν. — 7. Sic Varro libro 6; quinto autem: Pastor exorto etc. Dederat, ni fallor, hoc: Pacuvius dicit Pastore: Exorto etc. Ignota nunc ea fabula, sed quantum est, quod nescimus!

Digitized by Google

8.

Nulla res neque cicurare neque mederi potis est, neque reficere.

Idem 6, p. 79. (98.)

9.

Nunc primum opacat flore lanugo genas. i. s.

F. v. gena, p. 160, 3.

10.

— Reprime incicorem iracundiam.

F. v. incicorem, p. 183, 11.

11.

Consilium cicur.

Ibidem.

12.

Ad manticulandum astu adgreditur: scit enim, quid promeruerit. t. f. c.

F. v. manticularum, p. 225, 2. Sched. p. 79, 14.

8. Cicurare, inquit Varro, mansuefacere. Cf. fr. 10, 11. Sic autem haec scribenda puto, cum primum neque ab aliis moneat V. a quibusdam libris:

Nulla res cicurare neque mederi pote, nec reficere. t. t. c.

— 9. Malit Scal. flora, quemadmodum Attius in Bacchis: Genas lanugo flora nunc demum irrigat. Et in iisdem: Nam flori crines video ut propexi jacent. Et Pacuvius Antiopa (10.): Cervicum Floros dispargite crines. Virgilius tamen, inquit, contra lib. 12. (8, 160.): Tum mihi prima genas vestibat flore juventas (juventa.) — 10. F.: Incicorem, inmansuetum et ferum. Pacuv.: Repr. inc. irac. Interdum cicur pro sapiente ponitur, ut idem Pacuv.: cons. cicur. — 12. Idem F.: Manticularum usus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro seculo fuit. unde manticulari dicebantur, qui furandi gratia manticulas attrectabant. Unde poëtae pro dolose quid agendo usi sunt eo verbo. Pacuv.: Ad — promeruerit . . , modici manticulatur . . . ita me facti oppressi jugo. Item deinde: Aggreditur (Schedae: Aggrediar) astu regem; manticulandum est hic mihi. (Sch.: mant. est m.) Et: Machinam ordiris novam manticula tactu, an sanctiora dicis juraiuranda. Plautus hoc significare videtur, quibus quotidie pavvae noxae extergeantur. (Sched.: Frequens enim antiquis ad manus tergendas usus fuit mantelorum.) Verba Pacuvii sic se habent in edd. ad voluntatem Scaligeri conformatis:

Ad mant. astu aggreditor. scite quid prome, erue.
Educ, i, manticulator, ita me f. oppressit jugo.
Agg. astu r. etc.
Machinam ord. nov. manticulatam astu . . . .
Sanctiora adigis juranda jura, quibus cotidie
Parvae noxae extergeantur.

Digitized by Google

13.

Medici manticulatori ita me fecit oppressit jugo.

Ibid.

14.

Adgreditur astu regem. Manticulandum est hic mihi.

Ibidem.

15.

— Machinam ordiris novam.
Manticula tactu, an sanctiora dicis jurajuranda.

Ibid.

16.

Quid me obtutu terres, mulcens laudibus?

F. v. Mulciber.

17.

Sed cum contendi nequitum vi, clam tendenda est plaga. t. t. c.

F. v. nequitum, p. 276, 16. Fr. p. 7, 14.

Quarum pars correctionum minime necessaria est, pars ejusmodi, ut, quid sibi voluerit vir magnus, e prolixa annotatione ejus vix et ne vix quidem intelligas. Et primum quidem horum versuum intamfratum esse, vidit doctissimus W. Secundo melius, judice Vossio, H. Grot.: Mendicus, manticulator: ita me fati oppressit jugum. Videtur, inquit V., ea dixisse Orestes, de quo idem Pacuv. ait: Velut etc. (cf. Hermionae fr. 2, v. 10.) Equidem scribam Modice (h. e. bene et, ut decet,) manticulatur: ita modo (in, quod pro me habuerint; valet autem nunc) fati oppressi (sumus) jugo. Hactenus, ni fallor, Pylades de Oreste, Aegisthum astu aggressuro, quia, si palam se ostentasset, lapidatus fuisset a populo ob matricidium. Iam sequente v. cum in Schedis sit Aggrediar, scribendum Aggredibor, cujus illa est explicatio, ut Orestae sint haec verba. Dein rursus Pylades, amicum compellans: M. ord. u. Manticula astu, sancta ore adice jurajuranda, quorum verborum tria prima claudunt trochaicum t. c., reliqua similem efficiunt versum; sed imperfectum. Et ita quidem scribere potuit Pacuvius Doloreste. Ista autem Plautus hoc etc. mutila sunt, verbis ejus poetae, quae posuit P., librariorum negligentia oblitteratis. Minime autem male W. laudatum a Festo censet Capt. 448, cum ex schedis appareat, vocabulum manteli positum fuisse isto loco. Fuit igitur haec fortasse manus Pompeji: Plautus hoc Nec sycophantiis nec lucis ullum mantellum obviam est, technas significare videtur, quibus quotidie parvae noxae extergeantur, i. e. excusentur. V. ap. Pacuvium varia comminiscitur, quae videsis in ipsius libro. — 17. Frustra V.: S. c. c. vi nequitum, tum clam etc. Mediam anim porrectam habet hic nequitur, sicut nequitur Plaut. Rud. 966. Plaga, priore brevi, rete. Glossar. Scaligeri: Plagae συντηγτικὰ λίνα. —

Digitized by Google

18.

Obstinari exorsus.
F. v. obstinato, p. 297, 4. Sched. p. 85, 1.

19.

Quid est? nam me exanimasti prologio tuo. i. s.
Paulus v. prologium.

20.

Paulum repeda, gnate, a vestibulo gradum.
F. v. repeda, p. 441, 6. Fr. p. 44, 40.

21.

Hinc saevitiam Salaciae fugimus laetique munere vescimur *Cereris; post condor thalamo*, nemo ut me *tunc inde queat abducere mortalium* septam (Sch. saeptem) *circum moero*.
F. v. salacia, p. 473, 4. Fr. p. 63, 14.

22.

Solatur, auxiliatur, hortaturque me. i. s.
Paulus v. solari, p. 513, 13.

23.

— Quid cessatis, socii, ejicere spiras sparteas? t. t. c.
F. v. spira, p. 523, 2. Fr. p. 65, 19.

24.

Topper tecum sit potestas faxit, si mecum velit. t. t. c.
F. v. topper, p. 573, 13. Fr. p. 76, 11.

25.

Labitur trabica in alveos.
Paul. v. trabica.

18. Schedae: obstinati exortus. — 19. Paulus: Prologium, principium, proloquium. Libri examinasti, quod recte emendatum est. — 21. Haec ita versifices licet:

— *Hinc saevitiam Salaciae* i. s.
Fugimus, laetique Cereris munere vescimur;
Post condor thalamo, nemo me mortalium
Ut septam circum moero queat abducere.

Verba tunc et inde videntur e glossemate irrepsisse. Salaciae secundam corripit. — 23. spiras, funes nauticos. Voss. Etymol. L. L.: Spira, a σπεῖρα, quo generatim significatur πλέγμα, h. e. linea flexuosa, faciens orbes non redeuntes in se, etc. — 24. potestas, mea; si *mecum velit*, esse. Possunt haec intelligi, neque opus est ut scribatur cum Vossio T. t. sit postidea faxim, si m. v. — 25. Dacer. (qui malit alveo, cum labitur in alveos significet illabitur alveis): Labitur, inquit, proprie de navi. labitur uncta carina. et prolabi. Accius: ruit prolapsa, etc. Epitomator: Trabica navis, quod sit trabibus confixa. —

Digitized by Google

26.

Postquam calamitas *per* plures annos arvas calvitur. t. t. c.
N. v. arva.

27.

Miseret me; lacrumis lingua debiliter stupet. i. s.
N. v. debiliter.

28.

Quo te adplicavisti tam aerumnis obruta? i. s.
Prisc. 9. p. 860.

29.

Haud facul, ut ait Pacuvius, foeminam invenietur bona.
Afran. ap. Non. in facul pro facilitur.

30.

Non ego ita fui, ut nunc sunt meretrices diobolae,
Quae suam nummi causa parvi pendunt gratiam.
Fulgent. v. diobolares, p. 565.

31.

Quoniam ille interit, imperium Calefo transmissum est.
Jun. Philarg. in Virg. Georg. 4.

32.

Quae meum venenis flexit sociûm pectora. i. s.
Serv. P. Danielis.

33.

Volucri currit axe quadriga.
Isidor. Different., seu de propr. sermonis.

28. Libri Quae te etc. Vulgati etiam tamen, sed MS. et vetus Veneta tam, quod recte probat V. Pro exemplo autem formae applicavi haec profert grammaticus. — 29. Sic scribas licet:

Haud facul, ut ait Pacuvius, foeminam invenias bonam. t. t. c.

— 30. Comoediam haec olent, quas scriptas esse a Pacuvio non constat, nisi Tarentillam eo referas, quod suadet nomen ὑποκοριστικόν. Quare abjudicat a Pacuvio Scriv. Possunt tamen prolata esse ex aliqua satura. Vid. Diomedis locus, positus a nobis inter testimonia veterum de hoc nostro. Sic autem versificaveris:

Non ego ita fui, meretrices nunc ut sunt diobolae, t. t. c.
Quae suampte nummi etc.

Ceterum Scriv. et V.: Non ego sic fui; deinde quidam, quos sequitur V.: Quae suam vel nummi etc.; utrumque incerta fide. Perperam V. suadet N. e. sic f., nunc ut sunt diob. meretriculae, cum diobolae secundam producat. — 31. Ignotus ille Calefus et depravatum fortasse nomen est. Videntur hae esse partes versuum trochaïcorum, quorum prior finiatur verbo interit. — 32. Haud inepte Circen intellexeris, fierique potest, ut versus prolatus fuerit e Niptris. — 33. Pars prior trochaïci. Malebat V. anapaesticum Volucri curritur axe quadrigae. —

Digitized by Google

34.

Agite, ite, volvite, rapite, comâ tractate per aspera saxa et humum! scindite vestem ocius!
Mar. Victorin. art. gramm. 2. p. 2522.

35.

Voce suppressâ, innato fronte, voltu turbido. t. t. e. N. v. frontem, p. 204.

36.

Quid Medeae respondebis? — quid hujus Absyrto fratri, qui est apud Pacuvium Aegialeus?
Cic. de Nat. d. 3, 19.

37.

Quamvis antiqui, ut Pacuvius et Plautus, *Calchan* dicunt, non *Calchantem*, et Gellius hujus *Calchae*.
Charis. l. 1. p. 50.

38.

Plurali tamen numero *itinera* semper dicimus: non enim, sicut *hujus iteris* Pacuvius dixit, et *haec itera* dicere potuit.
Ibid. p. 63.

34. Verba, ut videtur, Dircae Antiopen abripi jubentis, illigatam in bovem. Vid. Kuster. ad Suid. nom. Αντιοπη. Victorinus: „Hoc loco dicam, cur, cum sint duae periodi, seu stasima, ut quidam vocant, pari inter se conjugatione copulata, alterum vocetur anapaesticum, alterum dactylicum, cum aeque in utraque cadant mixti dactylus et anapaestus. Causa talis, quod anapaesticum melos binis pedibus amat sensum includere, ut apud Attium (Philoct.):

Inclyte, parva praedite patria, nomine celebri,
Claroque potens pectore, Achivis classibus auctor.

Quae periodus circa sex versatur dipodias. Contra Pacuvius, novare propositum volens, noluit intra binos pedes, ut superius, finire sensum, sed secundum Euripidem, dactylicum metrum quod appellatur, induxit (l. induxit), ut nominis mutatio diversitatem daret, hujusmodi stasimo, seu periodo, usus: Agite, ite" etc. Esse hi videntur anapaestici dimetri, quorum primus, in quo evolvite scribendum est metri causa, claudatur verbo coma, secundus verbo humum, tertius sit μείουρος. — 35. De hoc versu dictum ad Dulorestae fr. 9. Nonius corruptissime: Froute suppressa, innato fronte, vultu turpitudo. Istud turpitudo nihil aliud significat quam turpido, librario vitiose ab se perscriptum turpitu emendante; sed voluit haud dubie poëta turbido, non torpido, quod quibusdam placet. Sane scribendum puto V. s., caperato fr., v. turbido. Caperata e glossemate irrepsit. —

Digitized by Google

39.

Praepositiones et adverbia in a exeuntia modo producunt ultimam litteram, excepto (exceptis) *puta* et *ita*, quia (quae) apud Ennium et Pacuvium brevia sunt.

Serv. in Aen. 2, 651.

40.

Insomnia terrent?] Et *terret* et *terrent* legitur; sed si *terret* legerimus, *insomnia* erit vigilia. Hoc enim majores [inter vigilias et ea, quae videmus in somniis,] interesse voluerunt, ut insomnia generis feminini, numeri singularis, vigiliam significaret; insomnia vero generis neutri, numeri pluralis, ea, quae per somnium videmus, ut *Sed falsa ad coelum mittunt insomnia manes.* (Aen. 6, 897.) Sciendum igitur: quia, si *terret* dixerimus, antiqua erit elocutio. Insomnia enim (pro insomniis) licet et Pacuvius et Ennius frequenter dixerint, Plinius tamen exclusit et de usu removit.

Idem ad Aen. 4, 9.

41.

Regina Hecuba filia fuit secundum Euripidem Cisseï, quem Ennius et Pacuvius et Virg. sequuntur: nam Homerus Dymantis dicit.

Idem ad Aen. 7, 320.

42.

Deum triportenta.

Varro de L. L. 6, p. 75.

43.

Torrus. Vide Ennii Incert. 27.

44.

Murmur maris.

Serv. Fuldan. in 1. Aen., 124.

45.

Qui apud te, quasi servos, est canicaceum panem.

Scal. ad Festi v. canicae.

39. Negatur Serv., nisi dederit praeterquam apud Ennium etc. Quanquam sic prisci, nisi fallor, in genere: vide nos ad Plaut. Amph. 475. ed. majoris. — 45. Laudat haec, tanquam Pacuvii, praeter Scaligerum Robertus quoque Stephanus in Thesauro, sed omisit in Collectione fragmentorum, ut monet V., cui nec videbantur esse e tragoedia, nec tribui satis tuto huic nostro. Eadem de hisce nostra est sententia, donec de fide eorum constiterit: nam quod a Festo laudari putat idem V. Etymol. L. L. v. canicae, fallitur. —

Digitized by Google

(Quae praeterea hic recensentur a Scriverio, ista *Fortunam insanam* etc., ea vide Hermion. 2; *Quid? gubernatores* etc. Dulorest. 26; *Inhorrescit mare* etc. ibidem; *Segregare* etc. Teucri fr. 4; *Ego sum Orestes* Dulorest. 38; *Flexanima* etc. Teucri 1; *Gnagujena* Dulorest. 39; *Cedo tamen* Niptr. 10; *Sol si perpetuo* etc. Antiopae 7; *Calydonia* etc. Atalant. 23; *Liqui* etc. Dulorest. 1; *Aeges ferme* etc. ibidem 5; *Halcyonis* etc. Teucri 2; *Promerendae gratiae* etc. Chrys. 19; *Pandite valvas* etc. Armorum Judic. 15; *Dii monerint* etc. Chrys. 1; *Si Priamus* etc. Dulorest. 6; *Oues sunt* etc. Medi 19; *Qui stirpem* etc. Teucri 3; *At accepisti* etc. Atal. 25; *Sed quid conspicio?* etc. Medi 10; *In turba* etc. Dulorest. 35; *Hic tibi strepitus* etc. Teucri 27, ubi vide annotata; denique verba *Tu cornifrontes* etc. Livii Andron. Incert. 8.)

Digitized by Google

V. DE L. ATTIO

TESTIMONIA VETERUM SCRIPTORUM.

Hieronymus in Chronico Euseb., ex Suetonio de claris Poëtis.

Numero Eusebiano MDCCCLXXVIII, Olympiade CLX. (i. e. annis U. C. 615 — 618, ante Christum natum 139 — 136.) Lucius Attius tragoediarum scriptor clarus habetur, natus (A. Attilio) Serrano et (A. Hostilio) Mancino Coss. (i. e. a. U. C. 582, olymp. 151, 4, ante Christ. nat. 172.), *) parentibus libertinis; et seni jam Pacuvio (vid. Gell. 13, 2.) Tarenti sua scripta recitavit; a quo et Fundus Attianus juxta Pisaurum dicitur, quia illuc inter colonos fuerat ex Urbe deductus. **)

Valerius Maximus 3, 7, 11.

Is (Attius) Julio Caesari, amplissimo et florentissimo viro, in collegium poëtarum venienti nunquam assurrexit; non majestatis ejus immemor, sed quod in comparatione communium studiorum aliquanto superiorem se esse confideret. Quapropter insolentiae crimine caruit: quia ibi voluminum, non imaginum, certamina exercebantur.

---

*) Id est numero Eusebiano MDCCCXLV. Ergo hoc anno (primo olympiadis 160.) erat annorum XXXIII. *Scal.*

**) Pisaurum colonia deducta quadriennio post Bononiam (Bononiensem deductam), auctore Vellejo Paterculo (1, 16.), h. e. a. Urbis DLXVIII. (Imo 565, olymp. 147, 1, ante Chr. n. 191.) Attius autem natus est a. Urbis DLXXXIII. (582.) annis XV. (19.) post coloniam Pisaurum deductam. Quomodo igitur potuit inter colonos Pisaurenses esse, qui XV. (19) annis post coloniam deductam natus sit? *Scal.* Sane lapsus est Hieronymus, nisi verba quia — deductus addita fuerint a mala manu. De morte Attii dictum ad sequentem locum Valerii Maximi.

Digitized by Google

(Colligamus hinc licet, Attium ad summam senectutem vixisse: nam Caesar natus est a. U. C. 653. vel 654. (ante Christum nat. 101. vel 100.), cum Attius annum ageret septuagesimam primum vel secundum, neque magnus haberi in civitate coepit ante mortem Syllae, quae accidit a. U. 675, ut minimum nonaginta annos natus fuerit Attius, cum illud collegium una cum Caesare frequentaret.)

Idem 8, 15, 2.

Similiter (atque Ennii Africanus, Attii scriptis) honoratus animus erga poëtam *Attium* Decii Bruti, suis temporibus clari ducis, extitit: cujus familiari cultu et promtâ laudatione delectatus ejus versibus templorum aditus, quae ex manubiis consecraverat, adornavit.

Cic. orat. pro Archia poëta c. 11.

Decimus quidem Brutus, summus ille vir et imperator, *Attii*, amicissimi sui, carminibus templorum ac monumentorum aditus exornavit suorum.

Rhetoric. ad Herenn. 1, 14.

Mimus quidam nominatim Attium poëtam compellavit in scena. Cum eo *Attius* injuriarum agit. Hic nihil aliud defendit, nisi licere nominari eum, cujus nomine scripta dentur agenda.

Ibid. 2, 13.

C. Coelius judex absolvit injuriarum eum, qui Lucilium poëtam in scena nominatim laeserat; P. Mucius eum, qui L. Attium poëtam nominaverat, condemnavit.

Vellejus Paterc. 1, 18. (17.)

Nisi aspera ac rudia repetas et inventi laudanda nomine, in *Attio* circaque eum Romana tragoedia est.

(Alterum Velleji locum, qui est 2, 9, vide in testimoniis de Pacuvio.)

M. Vitruvius de Architectura 9, 3.

Itaque qui litterarum jucunditatibus instructas habent mentes, non possunt non in suis pectoribus dedicatum habere, sicuti deorum, sic et Ennii poëtae simulacrum. Attii autem carminibus qui studiosi (male legitur studiose)

Digitized by Google

delectantur, non modo virtutes, sed etiam figuram ejus videntur secum habere praestantem.

Horatius Epist. 2, 1, 55.

Ambigitur quoties, uter utro sit prior; aufert
Pacuvius docti famam senis, *Attius* alti.
(Ibi Acron.: *Attius* poëta junior [Pacuvio] suo ingenio praecelluit Euripidem etc.)

Idem Art. poët. 254.

Primus ad extremum similis sibi (iambus) non ita pridem,
Tardior ut paulo graviorque veniret ad aures,
Spondeos stabiles in jura paterna recepit,
Commodus et patiens; non ut de sede secundâ
Cederet aut quartâ socialiter. Hic (in istis sedibus seu locis iambicorum) et in *Attî*
Nobilibus trimetris apparet rarus, et Ennî
In scenam missus cum magno pondere versus
Aut operae celeris nimium curâque carentis,
Aut ignoratae premit artis crimine turpi.

Ovidius Amor. 1, 15.

Ennius arte carens, animosique *Attius* oris,
Casurum nullo tempore nomen habent.

Persius Sat. 1, 76.

Est nunc, Brisaei quem venosus liber *Attî*,
Sunt quos Pacuviusque et verrucosa moretur
Antiopa etc.

Plinius Hist. nat. 34, 5.

Notatum est ab auctoribus, et *L. Attium* poëtam in Camoenarum aede maximâ formâ statuam sibi posuisse, cum brevis admodum fuisset.

Seneca Epist. 58.

Non id ago nunc hac diligentiâ, ut ostendam, quantum tempus apud grammaticum perdiderim; sed ut ex hoc intelligas, quantum apud Ennium et *Attium* verborum situs occupaverit etc.

Scriptor Dialogi de Oratoribus c. 21.

Asinius (Pollio) quoque, quanquam prioribus temporibus natus sit, videtur mihi inter Menenios et Appios

Digitized by Google

studuisse. Pacuvium certe et *Attium* non solum tragoediis, sed etiam orationibus suis expressit: adeo durus et siccus est.

(Alterum ejus locum vide inter testimonia de Pacuvio.)

Quinctilianus Instit. orat. 5, 13, p. 472. ed. Burm.

Ajunt, *Attium* interrogatum, cur causas non ageret, cum apud eum in tragoediis tanta vis esset optime respondendi, hanc reddidisse rationem, quod illic ea dicerentur, quae ipse vellet, in foro dicturi adversarii essent, quae minime vellet.

Ibidem. 1, 8. p. 96.

Denique credamus summis oratoribus, qui veterum poëmata vel ad fidem causarum, vel ad ornamentum eloquentiae assumunt. Nam praecipue quidem apud Ciceronem, frequenter tamen apud Asinium etiam et ceteros, qui sunt proximi, videmus (sic Voss. 1: vulgo *vidimus*) Ennii, *Attii*, Pacuvii, Lucilii, Terentii, Caecilii et aliorum inseri versus, summa non eruditionis modo gratia, sed etiam jucunditatis etc.

(Cf. testimonia de Pacuvio.)

Plinius Epist. 5, 3.

Neronem enim transeo, quamvis sciam, non corrumpi in deterius, quae aliquando etiam a malis, sed honesta manere, quae saepius a bonis fiunt. Inter quos vel praecipue numerandus est P. Virgilius, Corn. Nepos, et prius Ennius *Attius*que; non quidem hi senatores, sed sanctitas morum non distat ordinibus.

(Gellii dicta de hoc nostro posita sunt inter testimonia de Pacuvio. Delrio: Hunc, inquit, alii *Attium*, alii *Actium*, alii *Accium*. quovis utere. [Ἄττιον appellant Graeci, in his Dionysius Halic. Antiqu. graec. 3, 70. T. 1. p. 587. Reisk., neque aliter lapides plerique antiquiores: vidd. Wesseling. Probabil. c. 15. p. 120. sequ., Osann. Anal. crit. p. 60. sequ.] Animosi oris vocat Ovid., altum Horat., disertissimum Cic., Moderat. Columella in praefat. Virgilio, ut alterum poëtarum principem, conjungit. Vellejus Pat. extremo lib. 1. traegoediae principatum adjudicavit his verbis *Nisi aspera* etc.)

Digitized by Google

L. ATTII

ACHILLES.

1.

Quâ re aliâ ex crimine inimicorum effugere possis, delica. i. t.

Non. v. delica, pagg. 98, 277.

2.

Ne tum, cum fervat pectus iracundiâ.

N. v. fervat.

3.

An sceptra jam flaccent? Ferat.

N. v. flaccet.

AEGISTHUS.

1.

Neque fera hominum pectora i. a.
Fragescunt, donec vim imperi persenserint.

N. v. fragescere.

2.

— — — — — Eheu, i. a.
Cujatis stirpem funditus fligi studet!

N. v. fligi.

Achilles. Argumentum hujus tragoediae, quantum fragmentis superstitibus paucissimis conjectare licet, fuit Achillis secessio propter Briseidem abductam, de qua secessione vid. Homerus Iliadis libris 1, 9, 16. *Fragm.* 1. Verba vel Ulyssis, vel Patrocli, Achillem objurgantium revocantiumque in bellum omissum ob iratc. Non alia re, quam seditu ad Achivos; crimine, ignaviae. Delica, aperi, explana, indica, ut interpretatur N. — 2. et 3. ex iis, nisi fallor, sunt, quae respondit iratissimus Achilles. Quaerit εἰρωνικῶς, an jam flacceant sceptra regnumque Agamemnonis, postquam ipse per breve tempus secesserit a Graecis. Ne tum quidem, cum ira exardescat, spoliandos esse viros fortes et amicos. Ferat jam, inquit, quod ipse voluit.

Aegisthus. De argumento fabulae paucis dictum in annotatis ad Livii Andron. cognominem. Scripta hoc nomine a Sophocle tragoedia aetatem non tulit, sed extat Aeschyli Ὀρέστεια. *Fragm.* 1. Sic Aegisthus, vi vim Mycenaeorum, Agamemnonis caedem ulciscentium, repressurus. Vid. Aeschyli Agamemnon extrema. V.: „Fragesco vel fragisco, ex eo, quod veteres frago dixere, unde fragor.“ N.: Fragescere, frangi. — 2. stirpem, Orestem, quem interfici voluit Aegisthus. Idem Orestes dicitur sequente versu. Pro cujatis in quibusdam libris legitur civitatis. Omnes autem: Heu, quo corrumpitur metrum. Cf. index Plaut. v. Eheu. —

Digitized by Google

5.

Quoi manu materno sordet sparsa sanguine. i. t.
N. v. sordet.

4.

Melius quam viri callent mulieres. asyn., 2 t. h.
N. v. callet.

5.

Celebri gradu gressum adcelerasse decet. iambeleg.
N. v. celebre.

AENEADAE, seu DECIUS.

1.

Patrio exemplo et me dicabo, atque animam devotabo hostibus. asyn., t. d. i. d.
N. v. devorare, p. 98.

2.

Te sancte venerans precibus, invicte, invoco, i. s.
Portenta ut populo, patrie, verruncent bene.
N. v. verruncent.

3. Delr. Scriv. Cum manus, sed N. Mercer. plane Cui manus, quod praestat. Sordet, sordidata est, inquit grammaticus. — 4. Clytaemnestrae, ut videtur, verba, non vim adhibendam populo irritato, sed tempori serviendum esse, existimantis. De metro vid. Conspectus metrorum dramat. p. XVIII, C, 13. Usus eo Euripides quoque Phoen. 1057, 1084, etc. Partes duorum versuum putabat V. et iambicorum quidem, quorum prior finiretur vocabulo viri. — 5. Sic N. Vulgo celebrasse.

Aeneadae (h. e. Romani), seu Decius. Celebravit Atticus hac praetextata mortem P. Decii IV. consulis, qui se devovit pro exercitu in bello, quod cum Samnitibus et Gallis gesserunt Romani, a. U. C. 457, olymp. 120, 3, sive ante Christum natum 297. Rem fuse narrat Livius 10, 28. Cf. Valer. Maximus 5, 6. *Fragm.* 1. Patrio exemplo. Pariter caput suum pro salute reip. devoverat Latino bello P. Decius, alterius pater, a. U. C. 415, olymp. 110, 1, ante Christum nat. 339. Ineptam Nonii lectionem devorabunt dudum est cum emendarunt Jo. Cauchius aliique. — 2. P. Decius pater ap. Livium 8, 9: Jane, Jupiter, Mars pater, Quirine, Bellona, Lares, divi Novensiles, dii Indigetes, divi, quorum est potestas nostrorum hostiumque, diique Manes, vos precor, veneror, veniam peto feroque, uti populo Rom. Quiritium vim victoriamque prosperetis etc. Eadem fuit filii precatio, teste Livio 10, 28. Minus recte Delr. Scriv.: Te, sancte, venerans. Sancte est adverbium. Portenta. Livius: Iterum longius evectos (Romanos) et jam inter media equitum agmina proelium cientes novum pugnae conterruit genus: essedis carrisque superstans armatus hostis ingenti sonitu equorum rotarumque advenit, et insolitos ejus tumultus Romanorum conterruit equos. Ita vecordem equitatum velut lymphaticus pavor dissipat; sternit inde ruentes equos virosque improvida fuga, etc. —

Digitized by Google

3.

Vim Gallicam obduc contra in acie, exercitum i. s.
Ve patrum hostili fuso sanguen sanguine.
N. v. sanguis.

4.

Clamore et gemitu templum resonit coelitum.
N. v. sonit.

5.

Et nunc quod eorum segnitas ardet focus. i. s.
N. v. segnitas.

6.

Fateor; sed saepe ignavit fortem in spe expectatio.
N. v. ignavit.

7.

Calleti voce canorâ e. d.
Fremitu peragrant minitabiliter.
N. v. minitabiliter.

8.

Castra haec vestra est, optime essis meritus a nobis.
N. v. castra.

5. Recte Delr.: aciem. Sic scribamus: — in aciem exercitum. Vae patrium hostili infuso s. s. Vim Gall. contra dictum per anastrophen. Vae cum accusativo etiam alii. Infuso, non fuso. Facile periit per compendium scripta praepositio. Grot., probante V.: V. G. o. c. in aciem, qui impiat (expies) Paternum host. fusum s. s. Haec fortasse Fabius ad collegam, qui adversus Gallos pro sinistro cornu quintam et sextam legionem instruxit, ut auctor est Liv. 10, 27. — 6. Lips.: Et n., quae eorum segnitas, a. locus. Delr.: Eo nunc, quod e. segnitate a. f. — 6. Scribendum puto fortem spem expectatio. Ignavit, ignavum (ignavam) facit, inquit N. — 7. Depravatum est Galleti, unde Gallei Mercerus, quem sequitur Scriv., alii fecerunt Gallanti, Galldci (Galleci etiam libri quidam), Calles hi etc. Dedit, puto, Attius Collecti (Colletti, Colleti, Calleti) voci canorae Fr. p. m. Liv. 10, 29: Tum collectis omnibus subsidiis, quae ad id tempus reservaverat (Q. Fabius, Decii collega in consulatu), et legiones concitavit, et signum ad invadendos hostes equitibus dedit (mortuo jam Decio). Nec sustinuerunt Samnites impetum etc. — 8. Malebat V.: Opt. est is mer. de nobis. Fortasse Decius, dum in eo est, ut se confertissimae Gallorum inferat aciei, conversus ad milites, Castra, inquit, haec hostium vestra sunt. Et M. Livius Pontifex: Optime essis meritus de nobis, Deci, si ita feceris, ut te velle significas. Castra singulari numero dixit Attius hoc loco, ut monet Marcellus. Festus: Escit, erit. —

Digitized by Google

9.

Dii summa tibi perduellum est, quorum aut quibus
Se a partibus gliscunt.

N. v. gliscit.

10.

Nil neque pericli neque tumulti est, quod sciam. i. s.

N. v. tum.

11.

Quod periti sumus in vita atque usu callemus magis. t. t. c.

N. v. callet.

12.

Quibus rem summam et patriam nostram quondam adauctavit pater. t. t. c.

N. v. adauctavit.

AGAMEMNONIDAE.

1.

Inimicitias Pelopidarum extincta tam oblitteratas memoria renovare.

N. v. oblitterare.

9. Hic quoque videtur esse dialogismus, speculatore vel transfuga nuntiante consulibus, summum hostium adesse Clusii, vel in vicinia: Summa tibi perduellum est? Vid. Liv. II, 26. Cui respondet alter consulum? Quorum, aut quibus se a partibus gliscunt? Liv. l. l., narrata Scipionis clade ad Clusium: Sunt, inquit, qui Umbros fuisse, non Gallos tradant. N. Attius Aeneadis: Dis summa etc. in quibus istud Dis, quod tantopere exercet viros doctos, nihil aliud esse mihi videtur quam antecedens syllaba, perperam repetita. Scriverio in mentem venit, scribendum esse, imperfecta sententia: Dis summatibus Perduellum est, quorum auguriis gliscunt esse a partibus; quae quid sibi velint, non exputo. Melius aliquanto V. Decium, hostibus se illaturum, quaerere ex circumstantibus existimat: Vis summa est ubi perduellum? quonam aut quibus se a partibus (vel quibus a part.) Gliscunt? Delrio, Laudo, inquit, manum Jos. Merceri, qui: De (Stephan. Di) summa tibi rerum duellum est, quod ab iis se a partibus Gliscit: quibus rem summam et patriam quondam adauctavit pater. Scilicet conjunxit Mercerus haec cum fragmento 12. Vellem dixisset, qua sententia. — 11. Verba fortasse Fabii, ferociori et aetate et vigore animi, ut ait Liv. 10, 28, Decio suadentis, ut a temere invadendis hostibus abstineat. Insolite dictum periti sumus in vita pro vita. — 12. Quibus, quibus virtutibus, pietate et mortis contemtu, pater P. Decius remp. auxerit, easdem se quoque nunc usurpaturum ait Decius.

Agamemnonidarum sive Agamemnonis liberorum, Orestae inprimis et sororum Electrae atque Iphigeniae, quae etiam Iphianassa appellatur, fata mirabilia proposita fuere in hac fabula, sed quo modo, tam paucis ex ea superstitibus, ignoratur. *Fragmentum* 1. sic plane legitur ap. Nonium in Merceri ed. In aliis libris esse monent H. Stephanus extinctas et oblitteratas.

Digitized by Google

2

Sic i. s.
Multi, animus quorum atroci vinctus malitiâ est,
Composita dicta ex pectore evolvunt suo,
Quae cum componas, dicta factis discrepant.
N. v. componere, p. 260.

ALCESTIS.

Cum striderit retracta rursum ab Inferis. i. s.
Prisc. 9, p. 867.; 10, p. 893.

ALCMAEON.

V. ext. jam atque obl. Ex epistola seu praefatione haec esse existimabat Scriv., neque metri legibus adstringenda, ut neque ista Incertorum Livii Andronici Scabra in legendo etc. aliaque nonnulla et ejusdem et aliorum, de quibus V., cum praesertim de epistolis tragoedorum constet ex Martialis ad Decianum 2. libro. Minime mala haec ratio. Fieri tamen potest, ut prologum Attius scripserit more tragicorum Graecorum, itaque haec in hunc fere modum sint emendanda atque ordinanda:

— — *Inimicitias Pelopidûm* i. s.
Extinctas jam atque oblitteratas memoria
Renovare.

— 2. Sic Majus, Mercerus, alii, recte probante Vossio. Steph. Delr. Scriv.: junotus mal. est. Pro componas, si codd. adjuvent, malim contendas, quod altero illo explicatum fuerit, ne idem verbum bis usurpetur sine emphasi. Monet W. Porsonum ad Aeschyli illa Prom. 706. Blomf. *σοφισμα γαρ Αἰσχίστον εἶναι φημι συνθέτους λόγους* comparare Marii in oratione adversus nobilitatem ap. Sallustium Jug. 85: Non sunt composita verba mea etc. Quae addit Scriv., haec in altisono coeli clupeo, pertinent ad Iphigeniae Ennianae fr. 1.

Alcestis. Argumentum Euripideum, quo Naevius quoque usus est. Striderit vetus Veneta, sed MS. Prisciani Voss. et Putsch. utroque loco strideret. Alterutrum horum ponendum est, non strideret, cum de praeterito dicat Prisc., ut monet V. Quod in quibusdam libris invenit Delr. strident, nihil aliud significat quam striderit. Steph. Delr. Scriv.: strideret, idque in altero Prisciani loco legi affirmat Steph., pro striderit, ut opinor, sicut e et i litterae commutari inter se solent. Legitur quoque vulgo rursus Inferis, sed in Vossii MS. rursus ab Inf., h. e. rursum ab Inf., quod melius. Ceterum V.: Satis, inquit, liquet, stridere hic dici de umbra Alcestidis; quomodo Lucan. 6. (623.): Auribus incertum feralis strideat umbra; et Papinius 9. Theb. (899.): Stridebit vestros Tydeus inhumatus ad ignes, etc.

Alcmaeon. Cf. Ennii fabulam sic inscriptam, item Eriphylam hujus nostri. Delr.: Ex Alcmaeone Euripidis, vel Astydamantis, citante Aristotele. De Alcmaeone consulendus etiam Thucydid. lib. 2. (c. 102. Λέγεται δὲ καὶ Ἀλκμαίωνι τῷ Ἀμφιάρεω, ὅτε δὴ ἀλᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τὸν φόνον τῆς μητρὸς, τὸν Ἀπόλλω ταύτην τὴν γῆν χρῆσαι οἰκεῖν, ὑπισχόντα, οὐκ εἶναι λύσιν τῶν δεινῶν, πρὶν

Digitized by Google

1.

Tantum ut frustrando lactans, vanans protrahas. i. s.
N. vv. lactare et vanans.

2.

Quod dii interdum inferam penitus interpressum altis
clausere specis.
N. v. specis.

3.

— — — — Quia i. s.
Nec vos nec ille impune inrideret meam
Grandaevitatem.
N. v. grandaevitas.

4.

Suos deseruit liberos superstites. i. s.
N. v. superstites.

5.

Atque eccos segnis somno et tarditudine. i. s.
N. v. tarditudinem.

ἂν εὑρὼν ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ κατοικίσηται, ἥτις, ὅτε ἔκτεινε τὴν μητέρα, μήπω ὑπὸ ἡλίου ἑωρᾶτο [, μηδὲ γῆ ἦν]. ὡς τῆς γε ἄλλης αὐτῷ μεμιασμένης. ὁ δὲ ἀπορῶν, ὥς φασι, μόλις κατενόησε τὴν προσχωσιν τοῦ Ἀχελῴου. — καὶ κατοικισθεὶς ἐς τοὺς περὶ Οἰνιάδας πόπους ἐδυνάστευσέ τε, καὶ ἀπ' Ἀκαρνάνος παιδὸς ἑαυτοῦ τῆς χώρας τὴν ἐπωνυμίαν ἐγκατέλιπε. Cf. Pausan. Arcad. c. 24. Ovid. Fast. 2, 43:

Amphiaraïdes Naupactoo Acheloo
Solve nefas dixit; solvit et ille nefas.)

Fragm. 1. Tantum dedi et protrahas, ex Vossii sententia, cum vulgo legatur Tanta, protrahit. Protrahas ipse habet priore loco N., quo auctore vanans dictum est pro fallens. — 2. Ita Mercer., neque aliter, teste Vossio, plerique MSS. et ed. Mediol. Ald.: Quid d. i. i. p. depressum a. clusere sp. Steph.: Qui dii i. i. p. depr. a. clausere sp. Scriv. quoque: clusêre. V., anapaesticos venatus, vel sic scribendum putat:

Quod Di ted infernis penitus
Depressum altis clusêre specis.

Vel sic:

Quod di infernis interpressum
Altis penitus clus. sp.

Interdiu nonnullis placere monet Delr. Scribam pene nulla facta mutatione:

— *Quod di interdiu Inferûm* i. s.
Penitus interpressum altis clauserunt specis.

Quod, Scelus fortasse, clausum interdiu a deis specubus Inferorum, sed noctu grassari solitum. — 3. Sine auctoritate Scriv.: illi i. irriderent. — 4. Libri: superstites sunt. Ita est, inquit V., in MStis et editis. Sed illud sunt aliunde irrepsit Credo ex eo, quod in libris nonnullis suos in extremum locum esset rejectum. (Duos qui scripserint, quod refert Delr., ignoro Dicere hoc videtur Eriphyle de Amphiarao.) —

Digitized by Google

6.

Postremo amplexa fructum, quem di dant, cape.

N. v. amplexa.

7.

— Qui ducat, cum te viderit socerum, generibus tantam esse impietatem?

N. v. generibus.

8.

Ut me depositum et moerentem nuncio repentino alacrem t. t.

Reddidisti, ac me excitasti ex luctu in laetitudinem!

N. v. laetitudinem.

ALPHESIBOEA.

1.

— Quiditam obscuro dicunt est, tamve inenodabile? t. t. c.

N. v. enoda.

6. Ampléxa pro amplexare, ait N. Sed quis hoc praestet, cum subinde hallucinetur bonus vir Marcellus? Recte amplexa habebitur pro participio perfecti. — 7. V.: „Quis, inquit, hujusmodi socero credat esse tales generos, sive, ut veteres esse locutos hoc testimonio N. probat, tales generes?" Socerum Adrastum intelligo. Partes hae fuerint versuum trochaïcorum t. c., quorum prior finitus sit verbo viderit, in posteriore vox esse non elidatur. Nec male sic scribes, usurpatis iambicis senariis:

Qui ducat, cum te viderit
Socerum, esse tantam impietatem generibus?

in quibus non liquescit tantam. — 8. N. Mercer.: Ut me d. immerentem rep. nunt. al. Redd., adiue hesitastis ex l. i. l. Palmer. probante V.: Ut me dep. ac moerentem. Triumviri, saepius mihi nuncupandi (Stephanum dico et Delrionem et Scriverium): Ut me reppositum immerentem r. n. al. Redd. ac me excitasti ex l. in l. Laetitudinem pro laetitia, inquit N.

Alphesiboea. Delr.: Chaeremoni puto scriptam Alphesiboeam, sed in Athenaeo lib. 13. corrupte haberi Αλευσιβοία, facili lapsu. Haec Alcmaeonis uxor, infaustum illud Eriphyles monile nacta, sortem quoque. Propert. lib. 1. eleg. 14. (15, 15):

Alphesiboea suos ulta est pro conjuge fratres,
Sanguinis et cari vincula rupit amor.

Scilicet desertae ab Alcmaeone sororis ignominiam ulciscentes illi affinem interfecerunt, sed male ab Alphesiboea accepti sunt et puniti, ut quidam narrant, quos sequitur Propertius, aliis referentibus, conviciantem non tulisse fratres, sed cistae inclusam tradidisse Agapenori ad custodiendum. *Fragm.* 1. Sic libri vett., unde fecerim: Quid? itane obscure dictum est, tamve in.? Mercerus in ordine: Q. hi tam obscuridicum est, t. in. In notis scribi vult Q. tam obscuridicum (h. e. obscurum) est, t. in., quod cum ingeniosum atque verum visum esset Scriverio, ipse tamen dedit haec: Quid hi tam obscuri dicunt? estne tam in.? —

Digitized by Google

2.

At vereor, cum te esse Alcmaeonis fratrem factis dedicat.
N. v. dedicat.

3.

Sed angustitatem inclusam, ac saxis squalidam. i. s.
N. v. angustitatem.

4.

Etsi est in malis
Depositus animus meus, quae scibo exinde audies.
N. v. deponere.

5.

Ita territa membra animo aegroto a. d.
Cunctant subferre laborem. a. paroem.
N. v. cunctant pro cunctantur.

6.

Cum ipsa sim eta miseritudo eorum ulla est liberûm. t. t. c.
N. v. miseritudine.

2. N.: Advereor etc., quod sunt qui probent. Scribendum censeo metri causa Alcmaei (vid. Douza ad Plaut. Pseud. 4, 8, 7.), sententiae dedicas, h. e. dicis, secundum Nonium. Fratrem Alcmaei, similem ejus, parricidam. Si quis propugnat pro scriptura Alcmaeonis, is certe faciet Alcmaeoni; sed longe melius est Alcmaei. — 3. Scriv.: angustitatae. Delr. non habet ac. V.: Se angustitate etc. Aut multum fallor, aut hoc dedit Attius: Sede, in angustitatem inclusa saxi squalidam, qui versus est capite truncatus t. t. c. Verba haec fuerint Alphesiboeam cistae saxeae includentis fratris. Ovid. Met. 4, 260: Sub Jove nocte dieque Sedit humo nuda, nudis incomta capillis. Copulam adjecit, quicunque scriptum invenerat angustitate. — 4. Deponere est desperare, inquit N., unde et depositi desperati dicuntur. Deinde inter alia hunc locum laudat, in quo vel expungendum est meus, ut senarius expediatur, vel scribendum quae scibo, exaudies; idque malim, tum quia friget exinde, tum etiam quod verisimile est, exinde forte scriptum esse ab oscitante librario pro exaudi. Ceterum scibo MS. Editi male scribi. Verba haec fortasse sunt Alphesiboeae ad Alpenorem, causam crudelis poenae exquirentem. — 5. Haec quoque Alphesiboea, saxo inclusa. — 6. Sic N. Mercer. Id est:

Cum ipsâ siet? Ah, miseritudo horum illa est liberûm!

Emendans forte ab se exaratum sim librarius et addidit, ut legeretur siet, quo genere mendorum scatent libri; neque nova res est a pro ah ibi perscriptum: vid. Fabri Thesaurus schol. eruditionis v. ah. Neglectus quoque h litterae non ita raro imposuit librariis, quorum cum alter h. l. scripsisset orum pro horum, miratus alter inauditam vocalem dedit eorum, aperta, ut ipsi videbatur, sententia. Similiter olim V.:

Cum ipsâ siet? (i. s.)

Miseritudo meorum est ista (sic Ald. Steph.) *liberûm.*

„Ut dicantur," inquit, „ista sive ab Alphesiboeâ, postquam ma-

Digitized by Google

7.

Si tui veretur te prōgenitoris, cedo. i. s.
N. de genit.

8.

Odiorum hostificumque diem ouium turbam aspecti atque horribilem.
N. v. aspecti pro aspectu.

9.

Sed tibi cautim est adeundum ad virum.
N. v. cautim pro caute.

AMPHITRUO.

1.

Si satis recte aut verâ ratione augurem.
N. v. auguro.

ritus Alcmaeon duxerat Callirrhoën, Acheloi filiam; sive ab ipsâ Callirrhoë, quae, marito monilis ergo ad Alphesiboeam profecto, credebat eum pristinis se amoribus oblectare. Ita per liberos intelligere oportebit Amphoterum et Acarnanem, quos Alcmaeon ex Callirrhoë genuit." Posterior nobis ratio magis placet, quanquam et prior habet, quo se commendet. Ceterum verba niiser. et horum non eliduntur. — 7. Exemplum genitivi casûs positi pro accusativo. — 8. Male, qui obvium vel obviam, quae ex quo invecta sunt, sciolus nescio quis infersit atque, ne ἀσυνδέτως posita essent dua adjectiva, cum forte scriptum esset ouuim pro obuim, sicut b et u litterae solent confundi. Odiosum recte Delrio, quod non displicebat etiam Scriverio Vossioque. Sic puto scribendum:

O odiosum hostificumque diem a. d.
Ob vim, turbam adspecti horribilem!

De anapaesticis, quorum sensus non finitur intra binos pedes, vide animadversa ad Pacuvii ista in Incertis Agite, ite, evolvite etc.

Amphitruo. Delr.: „Puto tragoediam, idque et fragmenta indicant et Athenaeus, qui Amphitryonem citat, non Archippi modo, sed et Aeschyli: diversum ergo a Plautino argumentum." Intelligenda Aeschyli Alexandrini tragoedia sic inscripta, de qua Athen. 13, 599, e. Eidem Archippi, veteris Comoediae poëtae, laudatur Amphitruo 11, 499, b, et Ἀμφιτρύων δεύτερος 3, 95, e; 10, 426, b. Amphitryonem etiam Sophocles scripsit, sed deperditam: vid. Fabricii Bibl. graec. lib. 2, capp. 16, 17. Sane cólorem tragicum haec habent praeter fragm. 3, quod sub Attii quidem nomine invenisse videtur N., sed M. Attii Plauti, non L. Attii; quemadmodum et v. exanclare verba Pertolerarem vim etc. tribuit huic nostro, quae itidem inter Plauti feruntur Amph. Supp. sc. 2, 21. Quem secutus fuerit Festus. Cf. Varr. de L. L. 6, p. 76, 9, ubi simile efratum, etc. *Fragm.* 1. V., senarium restituens, Si recte satis. Possis etiam Satis si recte; nisi sit t. ἀκέφαλος. —

Digitized by Google

2.

Hoc in re est, quod tu tam temeriter meam benevolentiam interisse ratus es. t. t. c.
N. v. temeriter.

3.

Cedo ecquid te redhostitum cum meassem objectet facilius.
F. v. redhostire p. 428, 2. Fr. p. 40, 30. N. v. redhostit.

4.

Aut tam obstinato animo confisus tuo. i. s.
F. v. obstinatus p. 297, 5. Sched. p. 87, 2.

5.

An malâ aetate mavis male mulcari exemplis omnibus? i. t.
N. v. senium.

6.

Quin meum senium cum dolore tuo conjungam et comparem. t. t. c.
N. v. comparare.

7.

Miseret lacrumarum, luctuum, orbitudinis. i. s.
N. v. orbitudinis pro orbitate.

8.

Sed quaenam haec est mulier funestâ veste, tonsu lugubri? i. t.
N. v. tonsus.

2. Recte Mercer. aliique:

— *Hoccine est, quod tu tam temeriter*
Meam interisse ratus es benevolentiam?

Scriv. huic fragmento junxit quartum. — 5. Farnes.: redhostitium cum eas sem o. fac. N.: Quid hic redhostit viam: comitem obiet fac.: nam idem hoc esse λείψανον, plures intellexere. Verissime V.:

Cedo, ecquid te redhostit, ut cum ea se oblectet facilius? (i. s.) nisi quod malim C., ecquid hic (Jupiter) redh., secundum Nonium. Plauti haec (iterum dico) mihi videntur, inserenda fortasse post Amphitruonis v. 653, ut irridens herum Sosia quaerat, an gratiam referat Amphitruoni Jupiter pro copia facta conjugis Alcmenae. V.: „Videntur," inquit, „verba (sed cujusnam?) fieri ad Mercurium, cum servili schemate Jovi subserviret, quo is facilius animo suo obsequeretur, Alcumenam complexus." Temere Seriv.: Coenum et lutum, quod non purgo etc. — 5. Non liqueseere videtur vox mala, sed corripi posterior ejus syllaba Graecorum more. Durum enim fuerit pronuntiare duplici elisione: An m'l' aetate, ut versus sit t. t. c. — 8. Malit V. mulier est, quod sane modulatius.

Digitized by Google

9.

Tamen et statuas et gracilitudo et propemodum et luctus facit Ne dubitem.

N. v. gracilitudo (pro gracilitas).

10.

Cum patre parvos patrum hostifice sanguine sanguen hiscere suo.

N. v. sanguis.

11.

Ne si forte paulo quam tu veniam seciue.

F. v. serius p. 500, 21. Sched. 70, 6.

12.

[a] Non parvam rem ordibor. [b] Ne retice, obsecro.

N. v. ordire.

ANDROMACHA.

Annos multos etc. Vid. nota.

ANDROMEDA.

1.

Qui neque terrae est datu', nec cineris causâ unquam evasit vapos. t. t. c.

N. v. vapor et vapos.

9. Bene V.: Tamenetsi tua gracil. Alterum et ortum ex e praegresso; nec tertium est ab Attii, sed librarius, forte neglecto vocabulo propemodum, in eo erat ut scriberet grac. et luctus, cum illud vocabulum animadvertit addiditque, non expuncto falso; quem morem novimus istius generis hominum. Scribendum igitur:

Tamenetsi tua gracilitudo propemodum et luctus facit, t. t. c.
Ne dubitem.

— 10. Vossio placebat hoc:

Cum patre parvus parat hostifice (u. d.)
Sanguine sanguen miscere suum.

Miscere prius voluerat Delr. Scriv.: viscere suo. Facile miscentur m, n et h litterae. Malim equidem:

Cum patre parvus patrium hostifico
Sanguine sanguen miscere scio.

intelligamque Amphitruonem et Herculem (parvum, filium), Minyis bellum inferentes, de quo Apollod. 2, 4, §. 11, ut haec Herculis sint verba. — 11. Priore loco F.: serius, sed in schedis: Si forte p. q. tu v. setius. Scal.: Scribe, inquit, Secius, vel Sequius. alioqui ineptum est proscribere nobis Serius, tanquam ignotum verbum, quod vulgatissimum est. — 12. Scripseris parvas res: iambicus hic erit senarius.

Andromacha. Scriv. h. l., unde, nescio: Haec malos annos multosque. N. v. longinque: Ei malo annos multos l. a domo etc., quod fuerit.: Eu! (vox approbantium) malo annos etc. Quam longissimum Graecorum cum Trojanis bellum se malle ait iste, quisquis est; certe Graecus ex melioribus, quam turpem fugam. Cf. Ennii Andromacham.

Digitized by Google

2.

Muliebre ingenium prolubium, occasio.
N. v. prolubium.

3.

Alui, educavi. Id facite gratum ut sit seni.
N. v. alere.

4.

Multi iniquo, mulier, animo sibi mala auxere in malis, t. t. c.
Quibu' natura prava magis quam fors aut fortuna obfuit.
N. v. fors et fortuna.

5.

Cum ninxerit coelestium molem mihi, i. s.
Prisc. 10, p. 882.

6.

Donec tu auxilium, Perseu, tetulisti mihi. i. s.
N. v. tetulit, tulit.

7.

Nam quid dicam, te metu aut segnitate, aut dubitare, haud meum est.
N. v. segnitas pro segnitia.

8.

Misera obvalla saxo, senio, pedore, alguque et fame. i. t.
N. v. algu pro algore.

9.

Nosque ut seorsum dividos leto obferas. i. s.
N. v. dividos, i. e, separatos.

Andromedae fr. 2. Si versus hic est iamb. senarius, ut esse videtur, vox prolub. non est elidenda. Videtur hisce vituperari Cassiopeae levitas, Nereïdibus suae vel filiae Andromedae pulcritudinem praeferentis; quam levitatem ceto immisso puniit Neptunus. Dixerit haec ipse Cepheus iratus conjugi ob audaciam; sicut et, quae leguntur sequentibus duobus fragmentis. — 3. Alui, educavi, Andromedam. — 4. Libri ausere pro auxere, ut recte monet Mercer., neque aliter Scriv.; sed Delr. ipsum ausere habet, Steph. auferre. — 5. V.: „Ita quoque est in meo MS. et veteri Venetâ. Sed magis placet Grotii emendatio G. n. c. molimine." Non sunt mutanda, quae commode explicari possunt. Magnifice dictum coelestium pro nivis. — 7. Ita Mercerus; sed recte alii addubitare. Scribamus licet:

Nam quid dicam, metu i. s.
Aut segnitate sed addubitare? Haud meum est.

Scriv. aliique: Namque ut dicam te metu aut s. addubitare, h. m. est, quae similiter versificavit V. Verba videntur Cephei ad Phineum, cui idem ap. Ovidium Met. 5, 2a.

Scilicet haud satis est, quod te spectante revincta est,
Et nullam quod opem patruus sponsusve tulisti. —

— 8. Delr.: obvallata. Sed magis hoc placet Miadne obvallasse saxo etc., quae dixit Andromeda, cum ad petram religaretur,

Digitized by Google

10.

Nam postquam parvos vos oppressit famulitas. i. s.
N. v. famulitas.

11.

Quot Luna circos annuo in cursu institit. i. s.
N. v. circus (ambitus, gyrus).

12.

Quod beneficium haud sterili in segete, rex, te obsesse intelligis. t. t. c.
N. v. seges.

13.

Nec, qui te adjutem, invenio. Hortari piget; c. t.
Non prodesse, id pudet. c. d.
N. v. piget.

14.

Nisi quod tua facultas nobis tulat operam.
Macrob. de diff. et societ. gr. et latini verbi, vol. 2. p. 296. ed. Bipont.

10. Male Delr. hisce addit Vis atque egestas, fama, formido, pudor, quae pertinent ad laudata ibidem a Nonio ex Pacuvii Atalanta (Quas famulitas, vis etc.) Forte omissum vos ap. Scriverium. Mediol. parv. suos. Steph. p. tuos. — 11. Libri circulos. Emendavit Mercer. — 12. Sic in ipso ordine Merc., quasi obsesse invenisset in codicibus, nec quidquam monet. Sed revera libri obesse, quod emendavit Fruter. Verisim. lib. 2, merito plaudentibus viris doctis, quorum V.: „Recte," inquit, „obsesse emendant, quod valet obsevisse. Hujusmodi syncope eo in tempore nihil est usitatius. Sic Naevius dixit sumse, Lucret. decêsse, Silius evásse, Ausonius scripse, alii alia." Dicere autem haec Cepheo videatur Perseus. Sed vide annon melius sit scribi cum nonnullis intelliges, ut ita Phineus victus vitam precetur a Perseo. — 13. Manifesti cretici, modo ab elisione temperes in vocabulo adjutem. Est autem Phinei, nisi fallor, haec oratio, opem Cepheo negantis. — 14. Et sententiae et metro consulueris, si mecum scribes:

Nisi quid facultas tua tulat nobis opém.

Ex Attii Andromeda vulgo laudantur etiam haec:

Immane te habeat templum, obvallatum ossibus.

N., a quo habent, v. Immane: Accius Automedia: Immanitate habet t., o. o., quae profert ille, ut probet, immane dici foedum. Sed inauditum nomen Automediae, quod ostendunt MSS., ut obtemperandum videatur priscis edd., in his Mediolanensi atque Aldinae, in quibus legitur A. Andromeda, nisi potius scribendum sit: Attius: Antro medio immane te habet templ. o. o., qui versus est t. t. c., non eliso te pronomine, sed correpto ante vocalem, more graeco, quem Latini nonnunquam imitantur. Quanquam ferri potest etiam te habeat, i. e. te excipiat, te concludat; quae est dira imprecatio descriptioque fortasse regni Inferorum et mortis; ne quis legendum putet cum Scriverio et Vossio Immane te habet

Digitized by Google

ANTENORIDAE.

1.

Namque huc venio, ut meâ ope opes Trojae integrem.
N. v. integrare.

2.

Fortassean sint, quos hic non mertet metus.
N. v. mertaret.

templ. o. o. Certe scriptorum illud Immanitate habet, nihil aliud est quam Immane te habet. Acherusia templa dixit Ennius, Neptunia Plautus, Parnasia Ovidius, ut late patet hujus vocabuli potestas.

Antenoridae. Delr.: „Ex Antenoridis Sophoclis citat Athenaeus.“ Item Hesychius et quicunque scripsit argumentum Ajacis Sophocleae. Eustathius p. 405: Σοφοκλῆς ἱστορεῖ ἐν ἀλώσει Ἰλίου παρδαλέην τῆς θύρας προτεθῆναι τοῦ Ἀντήνορος, σύμβολον τοῦ ἀπορθητον ἐαθῆναι τὴν οἰκίαν· τὸν δὲ ἅμα παισὶ μετὰ τῶν περιγενομένων Ἐνέτων εἰς Θράκην περισωθῆναι, κἀκεῖθεν διεκπεσεῖν εἰς τὴν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ Ἐνετικήν. Quae ad Antenoridas pertinere monet Brunck. in annotatis ad eam fabulam Virg. Aen. 1, 242:

Antenor potuit, mediis elapsus Achivis,
Illyricos penetrare sinus atque intima tutus
Regna Liburnorum, et fontem superare Timavi;
Unde per ora novem vasto cum murmure montis
It mare proruptum et pelago premit arva sonanti.
Hic tamen ille urbem Patavi sedesque locavit
Teucrorum, et genti nomen dedit, armaque fixit
Troia.

Ubi Servius: „Non sine causa Antenoris posuit exemplum, cum multi evaserint Trojanorum periculum: ut Capys, qui Campaniam tenuit; Helenus, qui Macedoniam; ut alii, qui Sardiniam secundum Sallustium (Incert. 17.) — Antenor non Illyricum, non Liburniam, sed Venetiam tenuit. ideo autem Virg. dicit Illyricos sinus, quod inde venit quidam Henetus rex, qui Venetiam tenuit; a cujus nomine Henetiam dictam posteri Venetiam nominaverunt. (Clarissimus vir, J. H. Vossius in annotatis ad Virgil. idyll. 8, 6 — 13, p. 396: Illyricum, Illyris, Illyria, hiefs das Nordufer des adriatischen Meers mit unstäten Grenzen: gewöhnlich umfafste es westwärts Liburnia, oft mit Istria bis Tergeste, und ostwärts Dalmatia, etc.) — Hi autem (Patavini) primis temporibus ab Antenore dicti sunt Antenoridae.“ Quos tamen in scenam produxisse Sophoclem, non est quod cogitemus, sed Antenoris filios (Virg. Aen. 6, 484.), excisae Trojae superstites, et eos patremque comitantes in Italiam Enetos. *Fragm.* 1. Mediol. Ald. Steph.: Namque huc (Steph. huic) invenio, unde V.: N. h. id (propterea) venio. Mercerus, ut vulgo: Namque huc venio etc., quae pars posterior fuerit trochaïci t. t. c. Verba haec Antenoris, nave egressi, ad Illyrios. — 2. Mercer. sit; sed rectum sint. N. Mertare, mergere: nam ita scripsisse existimandus est, non Mertaret, mergeret, quod habent libri. Recte V.: Merto pro mersa, ut pulte pro pulso. Haec quoque Antenor. —

Digitized by Google

3.

Ad populum intelligo i. s.
Referundum, quoniam horum aequiter sententiae
Fuere.

N. v. aequiter.

4.

Quia aut illorum in campo fundam copias, i. s.
Aut naves uram, aut castra mactabo in mare.

N. v. mactare.

5.

Sed quis hic est, qui matutinum cursum huc celeranter
rapit? t. t. c.

N. v. celeranter.

ANTIGONA.

1.

Ne istum numero amittas subitum oblatum.

N. v. numerum, p. 352.

3. Ex responso unius legatorum Illyriorum. Horum, legatorum. — 4. Oratio ducis Illyriorum, irati Antenoridis, eosque expellere terra sua conantis. Inconsulto autem N.: Mactare, praecipitare, habens scilicet castra pro accusativo pluralis numeri, cum sit ablativus singularis femininae vocis castra, quae habetur etiam in Aeneadum fragmentis. Mare pro mari etiam Lucret., Ovid. etc., quod ibidem pro accusativo N. accipiens mactare nihil aliud significare h. l. posse sibi persuadebat quam praecipitare. Revera castrâ naves in mari, h. e. in fundo maris, mactare dicitur, ut mactare malo, damno, summo supplicio etc. — 5. Corripitur hic pronomen, sicut passim. Frustra Scriv.:

— *Sed hic quis est,* (i. s.)
Qui matutinum cursum h. c. r.?

Antigona. Delr.: Hanc quoque a Sophocle mutuatus.“ Tractavit hoc argumentum etiam Euripides in tragoedia, cujus supersunt fragmenta; sed videtur sane celebriorem Sophoclis fabulam Attius expressisse. *Fragm.* 1. libri subitum. „Quid mirum, inquit V., quando in iisdem est numerum pro numero? Nempe numerum pro ordine acceperunt librarii. Quare fortasse, ut pro numerum numero reposuerunt, ita etiam subito pro subitum legi debet. Sententia autem est: ne amitte subito, quod subito se obtulit.“ Sic ille, quasi istud, non istum, invenisset in libris suis; nec dicens, quid intelligi velit, quod oblatum subito fuerit isti, quicunque vel quaecunque haec loquitur. Recte se habet istum subitum, sed ita, ut subitum sit nomen, quale abitus, exitus, obitus etc., significetque modum subeundi in aliquem locum, refugium, auxilium; quod nomen posteri neglexerunt, ne notius intelligeretur adjectivum. Ismene haec dicit Antigonae sorori, monens, ne humato Polynice offendat Creontem, in quo spes omnes sitae sint suae. —

Digitized by Google

2.

Attat, nisi me fallit in obitu dact. tetram.
Sonitus . . .

N. v. obitus.

3.

Heus, vigiles, properate! expergite dact. tetram.
Pectora tarda sopore! exsurgite!

N. v. expergo.

4.

Quid agis? Perturbas rem omnem ac resupinas, soror. i. s.

N. v. resupinas.

5.

— — — Jamjam t. t.
Neque regunt dî, neque profecto deûm rex summus omnibu' curat.

Macr. S. 6, 1.

6.

— Quanto mage te istiusmodi esse intelligo, t. t. c.
Tanto, Antigona, mage me par est tibi consulere parcere.

Ibid. c. 2.

ARGONAUTAE. (Cf. MEDEAM.)

1.

— Tanta moles labitur i. s.
Fremebunda ex alto; ingenti sonitu et spiritu

2. Obitum adventum indicare h. l. monet N. Custos haec cadaveris, nisi fallor, strepitum audiens Antigonae abeuntis, nec tamen visa ea dubitans, an suorum ipsius pedum audiverit sonitum. — 3. Sic idem acclamat ceteris custodibus, postquam intellexit, rite humatum esse corpus Polynicis. N. Mercer.: Heus. Vulgo Heu. Scribendum fortasse properatim expergite pectora etc. — 4. Verba haec quoque Ismenae. Cf. Sophocleae fabulae versus 49. seqq. — 5. Libri: neque dii regunt, n. p. deum summus rex o. c. Oratio fortasse Antigonae deprehensae a custodibus et ad Creontem ductae. — 6. Inepte libri: consulere et parcere. Suadet Antigonae Ismene, ut parcat, h. e. desistat incepto. Copulis largi librarii.

Argonautae. Delr.: „Talis fuit et tam infelix Argonautarum exitus, ut tragicum poëma dici debeat. Vide Apollon. Argonaut. et Medeam Senecae choro 2.“ *Fragm.* 1. Cic.: Atqui ille apud Attium pastor, qui navem nunquam ante vidisset, ut procul divinum et novum vehiculum Argonautarum e monte conspexit, primo admirans et perterritus hoc modo loquitur: Tanta moles — coelum eruit. Dubitat primo, quae sit ea natura, quam cernit ignotam; idemque juvenibus visis, auditoque nautico cantu: Sicut — Delphini. Item alia multa (imo: Item post alia multa): Silvani. — refert. Versuum 2. quod habent quidam Ciceronis codd., strepitu pro spiritu, falsum est, quidquid

Digitized by Google

Prae se undas volvit; vortices vi suscitat;
Ruit prolapsa, pelagus respergit, reflat.
Ita tum interruptum credas nimbum volvier,
Tum quod sublime ventis expulsum rapi
Saxum, aut procellis vel globosos turbines
Existere ictos undis concursantibus;
Nisi quas terrestres pontus strages conciet,
Aut forte Triton, fuscinâ evertens specus,
Subter radices penitus undanti freto
Molem ex profundo saxeam ad coelum vomit.

Cic. de N. d. 2, 35. Prisc. de verss. comm. p. 1325.

2.

— Sic
Ut inciti atque alacres rostris perfremunt i. s.
Delphini.

Cic. ib.

3.

— — Silvani melo i. s.
Consimilem ad aures cantum exauditu refert.

ARMORUM JUDICIUM.

1.

Cur vetera tam ex alto adpetis i. s.
Dissidia, Agamemno?

N. v. altum (vetus, antiquum).

dicit V. Recte Prisciani exemplaria: spiritu. — 4. V.: In Ciceronis, inquit, codd. pro reflat est profluit. Quid si proflat legamus? — 5. 6. libri: Ibi dum interruptum c. n. v., Dum quod etc., in quibus explicandis frustra exercebatur V. Versu 6. sequ. non placet ventis aut procellis, vixque dubito, quin dederit poëta hoc: Tum quod sublime (aërem) invectis expulsum rapi Saxum procellis. Versu antepenult. minus recte legitur und. in freto; postremo quaedam et Ciceronis et Prisciani exemplaria ad coelum eruit, quod nunc habetur in vulgatis libris. Priscianus:

Aut forte Triton, fuscina evertens specus,
Subter — — — — in freto
Molem — — — — vomit.
Fremebunda — — — spiritu
Prae se — —
Ruit — — — reflat.

— 2. Non eliso verbo inciti (incitid) versus numeri eriguntur. — 3. Pessime libri: cantum et auditum refert. Scriptum est gliscente, ut fieri solet, depravatione: esauditu, et auditum.

Armorum Judicium. Cf. Pacuvii fabulam cognominem. W.: Sophoclis Ajacem in rem suam convertisse poëtam nostrum censet Lobeck. ad ejus tragoediae versum 1253, ubi videndus etiam G. Hermann. in Erfurdti ed. minore. (Cf. inprimis fr. 15.) —

Digitized by Google

2.

Hem, verror, plus, quam fas est captivom, hiscere. i. s.
N. v. hiscere.

3.

Sedit Achilli inclutis armis vesci studet, ut ea cuncta
optima Achilli incluto levia prae illis putet.
N. v. vesci.

4.

Bene facis. Sed nunc quid subiti mihi febris escivit
mali? t. t. c.
N. v. subiti.

5.

Quid est? cur componere ausis mihi te, aut me tibi? i. s.
N. v. componere, p. 257.

2. Hiscere loqui significat, sed non proprie, ut putabat N. — 3. Ita N. Merceri, qui monet, temere repetita esse verba Achilli incluto, et ita scribendum putat:

Sed is Achilli inclutis armis vesci studet,
Ut cuncta optima levia prae illis putet.

Aliquanto melius Delrio:

Sed ita Achillis incluti a. v. st.
Ut etiam cuncta optima is l. pr. i. p.

Scriv. secundum Junium in margine suae editionis:

Cedit, Achilli inclutis a. v. s.,
Ut ea cuncta optime is l. pr. i. p.

Alii: Sed is Achilli etc. Manifestum est, prae ceteris laborare verba Ut ea cuncta, in quibus si minus tritum aliquid latere dicam, non videor mihi a vero aberrare. Age igitur, sic scribamus, usurpatis tetrametris creticis, quos nemo in hisce hodie non agnoscat:

Sed ita Achilli inclutis armis vesci studet,
Ut *cinctuta optime* levia prae illis putet.

Arma cinctuta, seu cincta, optime sunt arma, qualia decent virum bene cinctum, militem vel ducem fortissimum. Dicuntur haec de Ajace, prae Achilleis armis cetera omnia spernente. Vox rarior cinctuta cito corrupta est. V.: Veteres, inquit, in patrio casu Achilli, Ulyssi, imo et Aristoteli, Themistocli dixisse, alio opere ostendimus. (Videlicet Anal. 2, 9. Perizon. ad Sanctii Min. 4, 4, not. 12: Triplici, inquit, modo enunciaverunt veteres, Graeci et Latini, haec propria nomina, ut scil. dicerent Persa, Persae; Perses, Persis; Perseus, sei, vel si etc.) — 4. Scribendum, vel versu monstrante: febrem excivit mali? Febrem pro re molesta dixit etiam Plautus Pseud. 641. Bene facis est formula gratias agentis. Vid. Donat. ad Terent. Eun. 1, 2, 106. — 5. Hisce verbis Ulyssem compellat vituperatque Ajax, secum contendentem de armis Achilleïs. Ausis debile est pro tanta magniloquentia: Scribendum ausus, et fortasse est delendum metri gratia; quanquam fieri etiam potest, ut Quid cum copula coalescat, sicut passim fit apud hos scriptores. —

Digitized by Google

6.

Ocule noxitudo oblitteretur Pelopidarum, ac per nos sanctescat genus.

N. v. noxitudo.

7.

— Nam tropaeum ferre me a forti viro . . t. t. c.
Pulchrum est; si autem vincar, vinci nullum est a tali probrum.

Macrob. Sat. 6, 1.

8.

Inter quos saepe et multo imbutos sanguine.

N. v. imbuere, p. 521.

9.

Sed pervico Ajax animo atque immemorabili. i. s.

N. v. pervico.

10.

Nam non facile sine deûm operâ humana propria sunt bona. t. t. c.

N. v. proprium.

11.

Ubi cura est, ibi anxietudo, acerba ibi cuncta consiliorum ratio et fortunae.

N. v. anxitudo (pro anxietas).

6. Oceule legitur apud Majum, quod placet Vossio et Scriverio. Confidenter Mercer.: Ocule. Scribe hodie. An haec fuit Attii manus:

Hoc oculo noxitudines i. t.
Oblitterentur Pelopidarum, ac per nos sanctescat genus.

Hoc oculo, h. e. decore atque gloria digne armis Achilleïs donati Ajacis, Graecorum post ipsum Achillem fortissimi, oblitterari jubet Ajax scelera atque noxas Pelopidarum, ut per se sanctescat impium eorum genus. Quae superbe dicta jacit in concione Graecorum, coramque ipsis Atridis. Hoc, vel oc, interceptum fuerit a sequentibus litteris, neque novum est depravari extremas voces. Oblitteretur autem scribi coepit, postquam obtinuisset noxitudo. — 7. Perperam Scriv. sin autem, quae lectio pessumdat versum. Trajecta nonnihil verba ap. Macrobium, ut fieri solet. Legi vincat, monet Steph. Verba Ulyssis. Maro, ut animadvertit Macr.:

Aut spoliis ego jam raptis laudabor opimis,
Aut leto insigni.

— 8. Si scripseris imbutus, h. e. imbutus sum, ipse hoc dixerit de se Ajax. Quos, Graecos. — 9. immemorabili. Libri inorabili, vorabili, morabulioni, morabilioni. Nihil hic vidit V. Pervico, pervicaci, ut ait N. — 10. Meliores erunt numeri, verba lectiora, si scribes N. n. f. s. d. op. propria humanûm sunt b. — 11. Ista prosa oratione scripta videntur, suntque fortasse ex praefatione Attianae fabulae depromta. Vid. V. ad Pacuvii Pseudonem p. 120. Recte V. anxietudo. Vulgatum anxitudo analogiâ caret. —

Digitized by Google

12.

Hujus me dividia cogit plus, quam est par, loqui. i. s.
N. v. dividia (taedium).

13.

Major erit luctus, quum me damnatum audiet. i. s.
N. v. damnare (morti dare).

14.

In quo salutis spesque supremas sibi summa exerciti.
N. v. exerciti (pro exercitûs).

15.

Virtuti sis par, dispar fortunis patriæ. i. s.
Macrob. Sat. 6, 1.

16.

Quare accusem hunc, nequeo exputando evolvere: i. s.
Nam si veretur, quid eum accusem, qui est probus?
Sin inverecundum animi ingenium possidet,
Quid eum accusem, id qui parvi auditu existimet?
Rhetor. ad Herenn. 2, 26. Cic. de Invent. 1, 45.

17.

Nunc ego te ab summo jam detexam exordio. i. s.
Ibid. cap. 27.

18.

Vidi te, Ulixe, saxo sternentem Hectora, i. s.

12. Verba Ulyssis, fastidiosam Ajacis orationem refellentis. — 13. Vix est ut damnatum h. l. significet morti datum, quod vult N. Aptior erit vox, si interpretaberis reprobatum, negatis armis Achilleïs, quod majori luctui fore Telamoni auguratur Ajax, quam ipsa, sibi jam sua manu inferenda, mors. — 14. Sic N. Mercer. MSS. tamen et Ald., monente V.: In q. s. spesque summas sibi habet summa ex. Ita scribendum censeo:

In quo salutis spes supremas sibi habet s. e. i. t.

Summam exercitûs pro universis copiis non semel Caesar, alii similia. — 15. Soph. Ajac. 535. nostrae ed., 550. Brunck.:

Ὦ παῖ, γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος,
Τὰ δ' ἄλλ' ὅμοιος, καὶ γένοι' ἂν οὐ κακός.

Sic Eurysacem filium hortatur Ajax. — 16. Huc refert Scriv., nescio qua inductus ratione, cum nihil in hisce insit, quod pertinere dicas ad armorum judicium. Reliqui tamen hoc loco, uti et sequens fr., ne quis frustra quaereret. Ne scriptoris quidem nomen neque Cic., neque alter ille, quisquis est, memoriae prodiderunt. Legitur autem ap. Tullium versu 4. accuses, et in quibusdam exemplaribus qui id parvi auditu aestimet. Dein omnes libri qui id, cum transponenda essent haec vocabula, ne duplici accentu, eoque vitioso, deturparetur verbum accusem. — 17. Etiam haec quis, et cui, dicat, incertum est, nec libet hariolari. — 18. Κατὰ μυκτηρισμόν, inquit Charisius, i. e. per derisum quendam. Ad hanc fabularum refero etiam Incert. 1.

Digitized by Google

Vidi tegentem clupeo classem Doricam;
Ego tunc pudendam trepidus hortabar fugam.
Charis. 4. p. 252.

19.

Aperte fatur dictio, si intelligas. i. s.
Tali dari arma, qualis, qui gessit, fuit,
Jubet, potiri si studeamus Pergamo.
Quae ego mea profiteor esse: nam me aequom est frui
Fraternis armis, mihique adjudicarier,
Vel quod propinquus, vel quod virtute aemulus.
Rhet. ad Herenn. l. 2. p. 26.

ASTYANAX.

1.

Itera, a. d.
In quibu' partibu' (nam audire volo,
Si est, quem exopto,) et quo captu' modo,
Fortunâne an forte repertus?
N. v. fors.

2.

Troja est testis: quaere ex aliis, qui illius miseritudine t. t. c.
Nomen clarum in humili saxo multis memorant vocibus.
N. v. miseritudine (pro misericordia).

3.

Nunc in concilio id reges Argivûm aucupant, i. s.
Id quaerunt.
N. v. aucupavi (pro aucupatus sum).

4.

Te propter tot tantasque habemus vastitates funerum. i. t.
N. v. vastitas.

Astyanax. Hyginus fab. 109: Cum Achivi Troja capta prolem Priami exstirpare vellent, Astyanacta Hectoris et Andromachae filium de muro dejecerunt. Cf. Euripidis Troades v. 710. seqq., Ovid. Met. 13, 415, interpp. Maronis ad Aen. 3, 489, Senecae Troad. 1060. seqq. etc. *Fragm.* 1. De Astyanacte capto et caeso quaerere videtur Andromache. Aliter haec Annaeus. Libri repertur, i. e. repertus, id quod plures intellexere. Vulgo tamen reperitur. — 2. Et hic, nisi fallor, agitur Astyanax: Sed quid ista in humili saxo? Scribendum puto: — in h. faxo m. memorent v. V. Parei lexic. Plaut. v. faxo. In humili, in h. re vel facto, mortis genere ignominioso. — 3. Id, ut Priami omnis progenies exstirpetur. — 4. Delr.: „Helenae id objicit Andromacha ap. Sen. in Troad. (896. seqq.), ut et illud de Graecis, quod sequitur, Quorum crudelitatem.“ Vulgo Propter te, sed N. Mercer.: Accius Astyanacte: Propter tot etc., i. e. A. Astyanacte: te propter etc. Obscurum non est, quomodo oblitteratum fuerit pronomen. —

Digitized by Google

5.

— In celsis montibus . . . . . t. t. c.
Pecua atque inter colles pascunt. Danaï in Phrygiae terminis.
N. v. pecua.

6.

Qui nostra per vim patriâ populavit bona. i. s.
N. v. pop.

7.

Quorum crudelitatem nulla unquam explet satias sanguinis. i. t.
N. v. satias.

8.

Nil credo auguribus, qui aures verbis divitant i. s.
Alienas, suas ut auro locupletent domos.
Gell. 14, 1. N. v. divitant.

9.

Hic per matutinum lumen tardo properantem gradu t. t. c.
Derepente adspicio ex nemore pavidum et properantem egredi.
N. v. derepente.

10.

Abducite intro: nam mihi miseritudine i. s.
Commovit animum excelsa adspecti dignitas.
N. v. aspecti pro aspectus.

11.

Utinam unicam mi antistitam Arcitenens suam i. s.
Tutetur!
N. v. antistitam.

12.

Ferum feroci contundendum imperisit saevum saeviter.
N. v. saeviter.

6. Dici ab Andromacha videtur Agamemnon, vel Achilles. — 7. Vide annotata ad fr. 4. — 9. Alterum properantem mendo laborare visum Delrioni; et recte. Scribi potest tardo prorepens gradu. — 10. Delr.: „Est de Astyanacte: idem enim Seneca.“ Imo aliter Seneca hic quoque. Potest etiam intelligi Polyxenae mors, Achillis Manibus immolatae. — 11. Antistitam, Minervae, Cassandram. Arcitenens, Apollo, a quo dotem vaticinandi habuit Cassandra, unica tum superstes ex tot Hecubae liberis. — 12. Locus corruptus, cui non uno modo medicinam facere conati sunt viri docti. V. in scriptis hoc esse ait contundendum imperi sit saeviter, unde ipse: — *Ferum feroci contundendum imperio 'st saeviter.*
Mercerus hoc tentabat:
Ferum feroci contundendum imperio, saevum saeviter.
Nobis scribendum videtur:
Ferum fero contundendum imperiositer.

Digitized by Google

13.

Nunc Calchan spinis religionum fac desisse exercitum
Morari, ne med ab domuitione arceat obsceno omine.

N. v. obscenum.

ATHAMAS.

1.

Atque ita de illis merui, ut jure haec nunquam miserarem mala.

N. v. miserarent, pro miserarentur.

Sic antiqui duriter, saeviter, severiter, properiter etc. (vid. Non. de indiscretis adverbiis p. 509. seqq.); quidni imperiositer pro imperiose? Jam recte ferum fero opponitur, vixque dubito, quin scriptura continua exaratum fero contundendum fucum fecerit librario, ut feroci legere sibi videretur. Contra divulsum forte imperio siter mutari coepit, ut mutari solent parum intellecta, et postquam pro siter exaratum esset saeviter, sciolus infersit saevum, ut saevum et saeviter eodem modo sibi responderent, quo ferum et feroci. — 13. Itidem affectus locus, qui sic se habet in Nonio Merceriano: Hunc aicaispinem regionum fac, ac desisset exercitum morari, nec me ab domuitione arceretu obsceno homine. Tentabat hoc Mercerus:

Non Calchas (calcas) Phrygiorum fata edixisset exercitum
Morari, nec me ab dom. arceret o. omine.

„Notum," inquit, „ex latina et graeca tragoedia, reditum parantes Achivos a Calchante inhibitos, priusquam reliquias Hectorei generis funditus extirpassent occiso Astyanacte." Grotius:

Nunc Astyanactem fac ut
Exercitum morari desistat, nec ab
Domuitione me arceat obsc. omine.

V.: Nunc Astyanactem regium fac ut Exercitum et reliqua secundum Hugonem festinantem. Sed Calchas divine Mercerus, nec miror spinas religionum, cum spinas μεταφορικῶς dixerit etiam Flaccus Epist. 1, 14, 4. Certe meliora haec monstrosis istis codicum scripturis. Placebat olim: Hunc avispicem (Calchantem) fac religione exerc. morarier Desistat, nec med ab d. a. o. omine. Nunc eo verior videtur posita a nobis lectio, quo propius abest a librorum. Desisse, desinere, ἀορίστως: vid. Baden. ad Senecae Thyest. 501. Agamemnon haec Ulyssi, vel alicui consiliario.

Athamas. Unam hoc nomine fabulam Aeschylus, Sophocles duas edidit, quarum paucissima fragmenta extant. Schol. Aristoph. ad Nub. 257: Ἀθάμαντα δὲ ἡ Νεφέλη δίκην αὐτῇ δώσειν διὰ τοὺς παῖδας (Phrixum et Hellen, quos liberos suos ex Nephele occidi jusserat Athamas, instigatus ab Inone conjuge,) πεποίηκε. Προσαχθεὶς οὖν στεφανηφορῶν (Alius: ὥσπερ ἱερεῖον), ἐν τῷ βωμῷ τοῦ Διὸς σφαγησόμενος, ὑπὸ Ἡρακλέους σέσωσται. Οὕτω γὰρ Σοφοκλῆς ἐν δράματι πεποίηκε. Et tertius interpres: Τοῦτο πρὸς τὸν ἕτερον Ἀθάμαντα Σοφοκλέους ἀποτεινόμενος λέγει. ὁ γὰρ Σοφ. πεποίηκε τὸν Ἀθ.

Digitized by Google

2.

Quojus sit vita indecoris, mortem fugere turpem haud convenit. t. t. c.

N. v. indecoris (correpta penult.) pro indecora.

3.

Hostem ut profugiens inimici invadam in manus. i. s.

N. v. invadere.

4.

[a] An dubito? [b] Ah, quid agis? Cave ne in turbam te implices. i. s.

N. v. turbam.

5.

Beneficiis hostimentum peperisti grave. l. s.

N. v. grave (solidum et firmum).

ἐστεφανωμένον καὶ παρεστῶτα τῷ βωμῷ τοῦ Διὸς σφαγιαζησόμενον· μέλλοντα δὲ ἀποσφάττεσθαι αὐτὸν, παραγενόμενον Ἡρακλέα καὶ τοῦ θανάτου ῥυόμενον, λέγοντα ὡς σώζοιτο ὁ Φρίξος, δι' ὃν ἔμελλεν ἐκεῖνος τεθνήξεσθαι. Lucem inde accipere videntur pleraque in his fragmentis; velut primo haud inepte loqui putes Athamantem, jussu Nepheles captum et abductum, ut immoletur in ara Jovis; quo supplicio injuste se affici dicit a liberis, certe Phrixo, quem simili fato ipse subtraxerit. Vid. Hygin. fab. 2. Libri miserarent. Delr.: „Argumentum Athamanteae insaniae prosequitur Nonnus Panopolita Διονυσιακ. lib. 9 et 10.“ — 2. Responsum sacerdotis, Athamantem immolandi. rerperam N. Mercer.: turpe aut. MS. Complutensis ap. A. Schottum Observatt. human. 2, 5. non habet turpem, ut annotat V., neque degre iata vocabulo carebimus, ita scribentes:

Quojus indecoris sit vita, mortem fugere haut convenit. t. t. c. Similia ibi Schott. ex Sophocle aliisque. — 3. Inonis et Melicerta filio in mare praecipitatis, Athamanti, quamvis resipuisset, fugiendum fuit ex Boeotia, ut auctor est Pausan. Boeot. c. 54. Quâ in fugâ correptus ab iis, quos immisit in eum Nephele, dicere haut inepte potuit, se, dum hostem fugerit (populum videlicet Thessalum, aut Thebanum, iratum ipsi ob Inonem atque Melicertam, quos interfectos putabant), inimici (Phrixi) in manus incidisse. Male N., hunc locum interpretans: Invadere, quasi in vadum ruere. Cf. lexica. — 4. Quid sibi volunt verba An dubito? aut quid est quod quaerenti illi, an sibi dubitandum sit, aliter (nam dialogismus hic est) acclamet Ah, quid agis? tanquam non dubitanti immittere se in turbam? Scribendum Haut dubito, quae vox videtur Athamantis, aggredientes ipsum eos, quos miserat Nephele, non vitaturi. — 5. N.: Veneficium gravem hostium peperisti, et grave. Hadr. Junius et ei obtemperantes Delrio et Scriv.: Beneficium grave in hostium p. gratiam. V. sic:

— *Beneficio grauem*
Hostium peperisti gratiam.

Grot.: *Beneficio aggregiis hostimentum peperisti grave.*

Quod dedimus, Herculi dicere videtur Athamas, hujus beneficia.

Digitized by Google

6.

Priusquam infans facinus oculi vescuntur tui. i. s.
N. vv. infans et vesci.

7.

Veritus sum arbitros; i. s.
Atque utinam possim memet oblivisci!
N. v. de accus. pro genitivo, p. 500.

ATREUS.

1.

Epularum fictor, scelerum fratris delitor. i. s.
Prisc. l. 9, p. 873.

2.

Concoquit partem vapore flammam tribuit verubus lacerta in focos.
N. v. lacerti.

3.

Proin ita parent se in vitâ, ut vinci nesciant. i. s.
Cic. Tusc. 5, 18.

in Phrixum collata olim, cum Jovi immolandum servaret, pensanti. Fuit, cum mallem hoc: Beneficium ignavo et hosti pep. gr., quod inimicus Athamantis aliquis dixerit Thessalus aut Boeotus. — 6. „Infans pro infando, ut nefantia ap. Lucilium et Varronem, Nonio teste.“ V. Ex oratione haec, nisi fallor, nuntii vel alius cujusdam, Herculem hortantis, ut properet liberare Athamantem. — 7. Manifesto vitio legitur Veritus sum arbitror. Deinde libri memet possim, sed Scriv., metro haud dubie prospiciens, possim memet. Non deterius fuisset memet possiem.

Atreus. De hac tragoediâ vid. Gell. 13, 2, qui locus positus a nobis est inter testimonia de Pacuvio. Argumentum id prius tractavere Sophocles et Euripides, quorum tamen fabulae, praeter Sophocleae verba paucula, interciderunt. *Fragm.* 1. Ita haec interpungunt Steph. Putsch. Delrio; et recte: nam fratris delitor scelerum intelligendus est, sive is, qui fratrem delinit scelerum, qui scelerибus eum inquinat, quod fecit Atreus. De usu genitivi pro ablativo, Graecorum more, vide Non. p. 497, Sanctii Min. 2, 5, etc. Male Scriv.: Epularum fictor scelerum, fratris d., nisi error hic sit typothetarum. — 2. V.: „Sermo est de Atreo, qui fratri Thyestae filium comedendum apposuit, partemque ejus aheno coxit, partem vera assavit: ut scribunt Ovidius, Seneca, alii. Quare sic rescribe:

— *Concoquit partem vapor*
Flammae, lacerta tribuit verubus in focos.“

Cui sententiae subscribo. — 3. Atrei praeceptum, quod regibus dedisse videtur, vel potius tyrannis, ne populis cedant, freni aliquando impatientibus.

Digitized by Google

4.

Ne cum tyranno quisquam epulandi gratiâ i. s.
Adcumbat mensam, aut eandem vescatur dapem.
N. v. vesci.

5.

Simul et Pisaea praemia erepta arrepta a socru possedit suo. i. t.
Prisc. 6, p. 698.

6.

Sed quid tonitru turbida torvo a. d.
Concussa repente aequora coeli
Sensimu' sonere? a.
N. v. sonere.

7.

Egone Argivûm imperium attingam, aut Pelopis digner domo? t. t. c.
Quoi me ostendam? quod templum adeam? quem ore funesto adloquar?
N. v. digner.

8.

[a] Fregistine fidem? [b] Neque dederam, neque do infideli quoiquam. as.: t. d. i. d. c.
Cic. de Off. 3, 28, 29.

9.

Oderint, dum metuant.
Cic. or. pro P. Sextio c. 48. De Off. 1, 28.

4. Thyestae verba, nisi fallor, epulari cum Atreo primum nolentis. — 5. Vulgo: arrepta. Monet Prisc., vetustissimos communiter hic et haec socrus protulisse. Praemia versûs causa pronuntiandum est ut praemja, neque opus Vossianâ trajectione praemia Pisaea, ut priorem senarium claudat vox praemia, posteriorem incipiat Pisaea. De Pelope haec, cujus notissima historia. Praemia victoriae Hippodamia et regnum Elidis. — 7. Steph. et Mercer. in ordine: argivum (Argivûm), Quo me ost.? — colloquar. Delr.: Argivum. Scriv.: Achivûm; sed Argivorum rex Atreus. Dicit autem haec Thyestes Atrei legatis, regni societatem offerentibus. Non liquescit vox attingam, ne scribendum putes cum Vossio Pelopiâ, vel: Pelopis me digner d. — 8. Dialogus Thyestae cum Atreo, postquam hujus insidiae patuerunt. Metrum hodie satis notum, ut supersedere possimus Mureti et Vossii mutationibus. Erigerentur tamen numeri, si scriberetur dederam, quod explicatum esse videtur verbo dedi. — 9, 10. Voces Atrei. Priorem Caligula jactasse fertur: vid. Sueton. Calig. c. 30. et cf. Senec. de Clement. 1, 12; 2, 22, ubi versum vocat execrabilem; item de Ira 1, 16: (Sullano scias seculo scriptum.) —

Digitized by Google

10.

Gnatis sepulcrum ipse est parens.
Cic. de Offic. 1, 28.

11.

Impius hortatust me frater, ut meos malis miser t. t. c.
Manderem natos.
Cic. Tusc. Qu. 4, 36. De Orat. 3, 58.

12.

Ecquis hoc animadvertit? Vincite . . . .
Cic. de Orat. 3, 58. Tusc. Qu. 4, 25.

13.

Iterum Thyestes Atreum attractum advenit; i. s.
Iterum jam adgreditur me et quietum suscitat.
Major mihi moles, majus miscendum est malum,
Qui illius acerbum cor contundam et comprimam.
Cic. de Orat. 3, 58.

14.

Ego incipio, conata exsequar.
N. v. conatus.

15.

Nunquam istam imminuam ~~curam~~ inficiando tibi. i. s.
Cic. or. in L. Pisonem 33.

16.

Multi iniqui atque infideles regno, pauci sunt boni. t. t. c.
Cic. de Offic. 3, 21.

11. Soloece libri hortatur. Bentlejus hortatus; sed malui hortatust, ut vitaretur ὁμοιοτέλευτον. — 13. attractum. Palatini duo: alter etiam, quo Lambini conjecturam altercatum firmari arbitror cum clariss. Schützio scribamque
Iterum Thyestes altercatum mi advenit.
Versu 3. moles, malum, moles mali. Ἓν διὰ δυοῖν. — 14. Rectius fuerit: Ergo incipio; conata exsequor, acceptis praesentibus pro futuris, sicut passim. Quanquam ferri potest exsequar. — 15. Thyestae fortasse verba, negantis, se inficiando liberaturum esse Atreum ista cura, ne non sui, sed Thyestae, essent liberi, quos peperit Aërope. Atreus apud Senecam Thyest. 239:

Corrupta conjux, imperi quassa est fides;
Domus aegra, *dubius sanguis est.*

Cf. 527. seqq. Inepte hisce Scriv. a fronte addidit verba Quanquam quod ad me attinet, quae sunt Ciceronis. — 16. Cic.: Multi — boni inquit Attius. At cui regno? Quod a Tantalo et Pelope proditum jure obtinebatur. —

Digitized by Google

17.

a Quis homo tod exsuperavit unquam gentium impudentiâ? i. t.

b Quis autem malitiâ te?

Cic. Tusc. Quaest. 4, 36.

18.

— Quod ne in summa summum esse arbitror i. s.
Periclum, matres coïnquinari regias,
Contaminari stirpem, admisceri genus?

Cic. de Nat. d. 3, 27.

19.

Addo huc, quod mihi portento coelestûm pater i. s.
Prodigium misit, regni stabilimen mei,
Agnum inter pecudes aureâ clarum comâ
Quondam Thyestem clepere ausum esse e regiâ;
Quâ in re adjutricem conjugem cepit sibi.

Cic. ibid.

AUTOMEDIA.

Vide notata ad Andromedae fr. 13.

BACCHAE.

1.

Laetum in Parnasso inter pinos tripudiantem in circulis t. t. c.
Ludo atque taedis fulgere.

N. v. fulgere correpte pro fulgêre.

17. Idem: Alternis versibus inter fratres (Atreum et Thyestem) gravissimae contumeliae etc. Libri te. Malim Quis malitiâ autem te? qui efficacior positus verborum. — 18. 19. Ex Atreo Attiano haec esse, haud inepte suspicatur Columna.

Bacchae. Delr.: „Ex Euripide acceptam ipsa collatio docet. Scripsere praeter Euripidem Bacchas Antiphanes, Epicharmus, Epigenes, Lysippus et Sopater.“ Commemorat Athenaeus Bacchas Antiphanis, Epicharmi, Epigenis, Euripidis et Lysippi; Sopatri vero non Bacchas laudat, sed Bacchidem, Βακχίδος γάμον. et Βακχίδος μητρῆας. Vid. index titulorum in ed. Schweigh., in quo tamen indice omissa forte fabula Epicharmi. Antiphanes Comicus, ὁ χαρίεις, floruit circa olymp. 95, ante Christum nat. 407, quo tempore Aristophanes docuit Ranas, diemque obierunt Sophocles atque Euripides. Novae Comoediae poëta Epigenes, teste Polluce. Comicus etiam Lysippus; Sopater autem, sive Sosipater (vid. index Athen. Schweigh. his nominibus) et Comicus poëta fuit, et parodus, et phlyacographus. *Fragmento* 1. addendum Nonio fuit verbum, quod post fulgere legebatur apud Attium: id enim nisi a consonâ incepit, sciri non poterat, correptane an porrecta esset media syllaba in fulgere. Praeterea libri vett. Ludo, ut malim ita scribi sine ambiguitate:

Laetum (Bacchum) *in Parnasso inter pinos tripudiantem*
fulgĕre i. t.
In circulis, ludo atque taedis.

Digitized by Google

2.

Neque sat fingi neque dici potest: i. s.
Pro magnitate.
N. v. magnitate pro magnitudine.

3.

Quantâ in venando adfecti laetitudine! i. s.
N. v. laetitudinem (pro laetitia).

4.

— — Ubi sanctu' Cithaeron a. d.
Frondet viridantibu' foetis. a. paroem.
N. v. fetis pro fetibus.

5.

Deinde omnes stirpe cum inclutâ Cadmeïde, i. s.
Tumultu percitatae, matronae vagant.
N. v. vagas pro vagaris.

6.

Acre crepantes melos.
N. v. melos.

7.

Et nunc Silvicolae ignota invisentes loca. i. s.
Macrob. Sat. 6, 5.

8.

Lanugo flora nunc genas demum inrigat. i. s.
Serv. P. Danielis in Aen. 12, 605.

9.

Nam flori crines video ut propexi jacent. i. s.
Ibid.

2. Unus octonarius erit, si scripseris Neque satis pro magn. fingi n. d. potest. — 5. Ita MSS.: nam quod ap. Mercerum legitur, affectio, lapsus est typothetarum. Frustra, qui affectus est, vel affectust. Dicuntur autem Bacchantes, venationi operam dantes in monte Cithaerone. — 4. foetis palmitum arborumque. — 5. Libri: — Cadmeide, vel Cadmide, vagant matr. perc. tum., sicut solvere versus solent librarii. Euripides Bacch. 55:

Καὶ πᾶν τὸ θῆλυ στέρμα Καδμείων, ὅσαι
Γυναῖκες ἦσαν, ἐξέμηνα δωμάτων etc.

— 7. Silvicolae, Fauni, vel Silvani. Virg. Aen. 10, 551:
Silvicolae Fauno Dryope quem nympha crearat.
— 8. Priscis florum, quod floreum Virgilio, Tibullo et serioribus. Irrigat dictum μεταφορικῶς. Lucret. 4, 201: haec (corpuscula rerum) puncto cernuntur lapsa diei
Per totum coeli spatium diffundere sese,
Perque volare mare ac terras, coelumque rigare.

Digitized by Google

10.

Deinde ab jugulo pectus glaucò pampino obnoxae obtexunt.
Cledon. de partibus orat., p. 1896. Putsch.

11.

Agite modicò gradu! jacite thyrsos lèves! c. t.
N. v. modicum, p. 342.

12.

Tum silvestrem exuviam laevò pictam lateri adcommodant. t. t. c.
N. v. accommodatum (adjunctum), p. 244.

13.

Quia neque vetustas neque mors, neque grandaevitas.... i. s.
N. v. grandaevitas.

14.

Formae figurâ, nitiditate, hospes regius.
N. v. nitiditate.

15.

— Splendet saepe, ast idem nimbis interdum nigret. t. t. c.
N. v. nigret.

16.

[a] Quis jubilat me? [b] Vicinus antiquus tuus. i. s.
Varro de L. L. 5, p. 58. ed. Durdr.

10. Scribamus obnexae tegunt. V. malebat obnixe. Pampinis se induere dicuntur Bacchae. 11. Bacchi jussum. — 12. Ἀμέτρως libri: T. silvestres (Mercer. sylvestris) exuvias l. pictas l. acc. Jungenda haec videntur fragmento 10. Cf. Eurip. Bacch. 695. seqq. — 13. Scribendum censeo mos. Narraverit Pentheo nuntius, nullo modo cohibendum videri Bacchicum furorem, quia ne vetustas quidem mulieres (nedum juniores) neque mos neque aetas retinuerit, quominus Bacchum sequerentur. — 14. Nitiditate pro nitore, ait N., ejusque verbi unicum hoc exemplum profert. Sed vereor, ne hic quoque, sicut tot aliis in locis, hallucinatus fuerit bonus vir Marcellus, cum istud nitiditate ab ipsis senarii numeris abhorreat. Non semel monendum mihi fuit de d illo ephelcystico, quod dirimendis servit vocalibus; neque dubito, quin hic quoque exaratum a Tragico nitidâd, mirantibus insolitam terminationem descriptoribus, degeneraverit in nitidat, nitidate, nititidate. Videsis notata ad Plaut. Pers. 818, Truc. 750. Scribendum igitur sic:

Formae figurâ nitidâd hospes regius.

Apud Euripidem Bacch. v. 453. Pentheus deo, in regiam deducto:

Ἀτὰρ τὸ μὲν σῶμ' οὐκ ἄμορφος εἶ, ξένε, etc.

— 15. Age, expleamus versum scribendo Sole splendet etc. Raptum sole a sple- simili, quod sequitur. Describi videtur mons Cithaeron. — 16. Varro: Ut Quiritare, inquit, urbanorum, sic Jubilare rusticorum. Itaque hos imitatus apte Attius ait in Bacchis (ita Scal., et recte): Quis me jub.? etc. Fest.: Jubilare est rustica voce inclamare, ubi vidd. Scal. et interpp. V. Etymol. L. L.: Jubilare

Digitized by Google

17.

O Dionyse pater! optime vitisator! pentam. eleg.
Semela genitus Euthyia!

Macrob. Sat. 6, 5. p. 181. Bip.

18.

Praesens praesto irridetis nobis
. . . stipe ultro ostentum obtulit.

Fest. v. ostentum, p. 318. Sched. p. 85.

19.

*Ecquem stipitem abie*gnum, aut al*neum?*

F. v. stipes, p. 527. Fr. p. 59.

20.

— Indecorabiliter alienos alunt.

Charis. 2. p. 182.

BRUTUS.

1.

Nocte intempestâ nostram devenit domum. i. s.

Varro de L. L. 5, 45. (53.)

et quiritare dicebantur, qui inclamabant aliorum operam, si qua sibi vis fieret; differunt autem, quod illud ruri, hoc in civitate fieret. Vide Donatum ad illud Terentii Adelph.

Obsecro, populares, ferte misero atque innocenti auxilium. Quiritare dictum ex eo, quod Quiritum opem implorarent. Jubilare autem ex eo dici Jos. Scal. putabat, quia rustici inclamarent *Iοὺ, Iὼ*, etc. Dialogus Bacchi cum choro suo. — 17. Versu 2. difficilis explicatu est vox Euthyia. Fortasse hoc dederat poëta: — genitus. Bacchus. Eu, Thyiae! quibus verbis Bacchas se celebrantes carmine laudet deus. *Θυΐα* pro *Θυιάς* in usu fuit. Vid. Schneideri lexic. gr. h. v. Quanquam codd. Macrobii Euthyus, vel Euthyius, de quo V. quidem: „non magis inter Bacchi cognomina fuisse autumo quam Euchias; quod eruditi interpretis Horatiani commentum est.“ Sed ferri sane potest *εὔθυος*, quem quasi dicas cum ratione insanientem, qualis fuit Bacchus et quicunque ejus orgia celebrabat. Vide Eurip. Bacch. 683. seqq. — 18. Schedae: — nobis stipe.... ultro o. obt., ut negem, hujus, quae dicitur, lacunae rationem habendam esse. Scribi sic potest:

Praesto irridet is nos: stipitem ultrod ostentum obtulit.

Falso perscriptum praesens apposita voce praesto correxisse librarius videtur. Ludos facit Pentheum Bacchus Eurip. Bacch. 912. seqq.; quo haec quoque pertinuerint, quibus non inepte junxeris proximum fragmentum, quaerente per irrisionem Baccho, abiegnusne an alneus fuerit oblatus stipes. — 20. Dicuntur Bacchae lactantes praeter morem humanum dorcadas, vel luporum catulos. Vid. Eurip. Bacch. 699. seqq.

Brutus, praetextata. Nobilissimum et inprimis populare argumentum exacti Româ reges propter libidinem ac superbiam, ope L. Junii Bruti. *Fragm.* 1. Scal.: „Verba sunt Lucretiae ad parentes suos, cum de nefariâ audacia Sex. Tarquinii conqueritur.“

Digitized by Google

2.

Cum jam quieti corpus nocturno impetu i. s.
Dedi, sopore placans artus languidos:
Visust in somnis pastor ad me adpellere:
Pecus lanigerum eximiâ pulcritudine,
Duo consanguineos arietes inde eligi,
Praeclarioremque alterum involare me;
Deinde ejus germanum cornibus connitier
In me arietare, eoque ictu me ad casum dari;
Exin prostratum terrâ, graviter saucium,
Resupinum in coelo contueri maxumum ac
Mirificum facinus, dextrorsum orbem flammeum
Radiatum solis liquier cursu novo.

Cic. de Div. 1, 22.

3.

Rex, quae in vitâ usurpant homines, cogitant, curant, vident, t. t. c.
Quaeque agunt vigilantes, agitantque, ea si cui in somno accidunt,
Minu' mirum est; sed in re tantâ haud temere improvisa offerunt.

Ipse Varro de L. L. 6, p. 77: Intempesta nox dicta ab tempestate; tempestas ab tempore: intempesta nox, quo tempore nihil agitur. Fest.: Intempestam noctem dicimus pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis horae quam diei possunt intelligi: tempestatem enim antiqui pro tempore posuere. Et Serv. ad Aen. 3, 587: Intempesta dicta est nox media, inactuosa, carens actibus, per quos tempora dignoscimus. Ait enim Lucretius (1, 460. seqq.), quod per se tempus non intelligitur nisi per actus humanos; medium autem noctis tempus actu caret etc. — 2. Cic.: Cujusnam modi est superbi Tarquinii somnium, de quo in Bruto Attii loquitur ipse? Cum jam etc. Versu 3. vulgo legitur Visum est in s. pastorem ad me a., sed in prima omnium ed., teste Vossio, item in Gruteriana: Visum est in s. pastor ad me a. Recte V.: Visu'st (Visust) in s. pastor ad me a. Versu 5. libri Duos, frequentiore sibilo. Versu 10. fuit cum mallem maxume Mirificum facinus; sed fortior est lectio vulgata. Versu 10. loquitur ut homo Graecus, de coelo servans, itaque in septemtriones conversus, et a dextra habens orientem, quo mirum erat ferri ab occasu solem. Sequente versu Radiatum habeo pro supino, ne frigeant simul illata, praesertim sine copula, adjectiva duo, flammeum et radiatum. Dicitur orbis solis liquier, i. e. quasi diffluere et spargi per coelum, dextrorsum, ut radiet cursu novo. — 3. Interpretatio somnii, a conjectoribus facta. Versu 3. ed. princeps et ipsi MSS., teste Vossio, haud temere improvise offerunt; unde V.: sed tantâ temere haut in re se

Digitized by Google

Proin vide, ne, quem te esse hebetem deputes aeque ac pecus,
Is sapientiâ munitum pectus egregie gerat,
Teque regno expellat: nam id, quod de sole ostentum est tibi,
Populo commutationem rerum portendit fore
Perproquinquam. Haec bene verruncent populo! Nam quod ad dexteram
Coepit cursum ab laevâ signum praepotens, pulcherrime
Auguratum est, rem Romanam publicam summam fore.
Cic. ibidem.

4.

— Qui recte consulat, consul fuat.
Varro de L. L. 4. p. 22.

5.

Tullius, qui libertatem civibus stabiliverat. t. t. c.
Cic. pro Sextio c. 58.

CHRYSIPPUS.

visa offerunt, quod durissimum. Nec tamen melius vulgati libri: sed in re tantâ haud temere visa off., ubi certe scribendum fuit metri gratia sè visa; id quod animadvertit V. Facili mutatione dedi improvisa, h. e. inexpectata, insolita. Offerunt, offeruntur, sicut usurpari solent activa pro passivis; et contra: cf. Horat. Od. 3, 28, 5. (Inclinare meridiem Sentis), Prisc. p. 799, Palmer. Lamp. Gruter. 4. p. 865, Livinej. ad Catull. 22, 11, etc. Vers. 5. Is, Brutus, ex industriâ factus ad imitationem stultitiae, ut scribit Liv. 1, 57. Libri egregium. Delr. malebat egregiâ. Versu 8. haud male V., metu cretici, Nam quod dexterum Coepit cursum, nisi liquescere putandum sit quod, sicut passim fit apud hos priscos: vid. index Plaut. v. vocales breves olisae. — 4. Exemplaria Varronis fiat; sed Ant. Augustini, incertum ex codicibus, an conjectura fretus: consul fuat, neque aliter Delr. et Scriv. — 5. Cic.: „Nominatim, inquit, sum appellatus in Bruto: Tullius" etc. Prolepsis haec est, cui non convenit stabiliverat, convenit stabiliverit, futuri tempus exacti, quomodo scripsisse Attium puto, praedicentem sub aliquâ personâ, fore, ut longo post tempore Romani, sicut tum a Bruto, sic a similis viro ingenii serventur, Cicerone.

Chrysippus. Hygin. fab. 85: Laïus, Labdaci filius, Chrysippum, Pelopis filium natum, propter formae dignitatem Nemeae ludis rapuit; quem ab eo Pelops bello recuperavit. Hunc Atreus, et Thyestes matris Hippodamiae (conjectum in puteum) interfecerunt. Pelops cum Hippodamiam argueret, ipsa se interfecit. Delr.: „Edidit et Strattis, sed ex Euripide ista." Confidenter haec Delrio, sicut solet: nam quae supersunt, itidem pauca illa, ex Euripidis Chrysippo apud Plutarchum, Sextum Empiricum, Clementem Alexandrinum, aliosque, penitus abhorrent ab hisce Attii fragmentis. Locus Strattidis, de quo ad Naevii Phoenissas,

Digitized by Google

1.

Aeternabilem divitiam partissent.

N. v. partiret, pro partiretur, p. 475.

2.

[a] Quid agam? Vox illius certe est. [b] Idem omnes cernimus. t. t. c.

N. v. cernere (pro audire).

3.

Melius pigrasse quam *de* properasse est nefas. i. s.

N. v. pigrare.

4.

Quin hinc superescit, Spartam atque Amyclas trado.

F. v. superescit (pro supererit), p. 347. Fr. p. 33.

5.

Neque quisquam a telis vacuus, sed uti cuique obviam fuerat, ferrum, alius saxum rodum.

F. v. rodus pag. 452.

Chrysippo sic habet ap. Athen. 4, 169, a: Τὸ μὲν ἀσώτιον (ganeam) ἔχεις παρὰ Στρατττιδι ἐν Χρυσίππῳ, λέγοντι οὕτως·

Εἰ μηδὲ χέσαι γ' αὐτῷ σχολὴ γαμήσεται,
Μηδ' εἰς ἀσώτιον τραπέσθαι, μηδέ γ', ἂν
Αὐτῷ ξυναντᾷ τις, λαλήσαι μηδενί.

Fragm. 1. Fortasse vox Pelopis, flentis Chrysippum interfectum, dicentisque, aeternas divitias, i. e. aeternitate dignas sive eximias, partiturōs inter se fuisse Atreum et Thyesten, si Chrysippo pepercissent, cum eoque habuissent commercium. Ἅπαξ λεγόμενα nunc verba aeternabilis et divitia. — 2. Colloquium, nisi fallor, Hippodamiae cum filiis eorumque in maleficio ministris, ut vocem Pelopis audiit, patrato sceleri supervenientis. Non elidendum certe, praesertim in versu medio trochaïco. — 3. Hiulce libri quam. Fest.: Quamde pro Quam dicebant antiqui. Minus bene scripseris properavisse: nam in gravibus sententiis efficax est verborum significationis dissimilis similitudo. Ita dehortari Atreum videtur aliquanto mitior Thyestes. — 4. Bene Dacer.: Q. huic, si superescit, etc. Si scripseris tradebo, sicut reddebo pro tradam legitur Plaut. Cas. 41, integratus fuerit trochaïcus t. c. Vide interpp. Plauti ad l. l., Scal. ad Festi v. attingem etc. Pelops haec de Chrysippo: unde odium Hippodamiae ejusque filiorum. — 5. Scribi potest:

— — *Neque quisquam a telis vacuus,* i. t. c.
Sed, uti cuique obviam fuverat, ferrum, alius saxum rodum.

Obviam liquescente i littera pronuntiandum est. Festus: Rodus vel Raudus significat rem rudem et imperfectam: nam saxum quoque raudus appellant poëtae etc. Ex descriptione haec fortasse pugna, quam cum Laio commisit Pelops de Chrysippo.

Digitized by Google

CLYTAEMNESTRA.

1.

Sed valvae resonunt regiae.
Prisc. l. 9. p. 863.

2.

Matrem oh jure factum incilas, genitorem injustum adprobas. i. s.
N. v. incilare.

3.

Ut quae tum absentem rebus dubiis conjugem i. s.
Tetinerit, nunc prodat victorem.
N. v. tetinerit pro tenuerit.

4.

Omnes gaudent facere recte, mali pigrent.
N. v. pigret, p. 119.

5.

Deum regnator nocte coeca coelum e conspectu abstulit. i. t.
Serv. Fuld. ad Aen. 1, 88.

6.

In pectore fulmen inchoatum, flammam ostentabat Jovis. i. t.
Serv. Fuld. paulo ante.

Clytaemnestra. Nota ejus et Aegisthi scelera ex Hygino (fab. 117.) aliisque. Sophocleae tragoediae cognominis duo versus depravati supersunt apud Erotianum in lexico Hippocrateo. Vide Brunckio et nobis notata ad Sophoclis fabularum reliquias. *Fragment.* 2. legitur Matre meo jure etc. Egregiam Grotii emendationem in ordinem non dubitavi recipere. Verba sunt Aegisthi, vel ipsius Clytaemnestrae, ad Electram. Incilare, inquit N., est increpare, vel improbare. Haud inepte V. in Etymologico L. L., v. Incilium, Incilo derivari posse putat ab Incieo, „ut proprie signet aliquem dictis asperis incieo ac commoveo. L insertum, ut a sorbeo sorbillo, ab ἀω halo etc.“ — 3. Sic editum voluit Mercerus: nam in ordine habet ultorem, sicut Steph. Delr. Scriv., improbante tamen Vossio, qui recte hanc sententiam loci esse ait, „parum videri credibile, Clytaemnestram cogitare de prodendo Agamemnone victore, quae eo ad Trojam pugnante, cum reditus esset incertus, probe tutata sit pudicitiam amoremque conjugalem.“ — 4 V.: „Versum superiorem clausit nomen boni, vel strenui, etc. Imo huic ipsi versui a fronte apponendum boni, quod scriptum qui, omissa initiali littera, ut fieri solet in codicibus, rapuit simile, quod sequitur, verbum omnes. Scribendum:

Boni omnes gaudent facere recte, male pigrant.

— 5. Agitur tempestas illa, de qua Seneca Agam. 458. seqq. — 6. V.: „Octonarium hunc de Aiace (Oilei filio) esse, addit Servius ipse.“ Cf. Senec. l. l. 530. seqq. Verum quid sibi vult inchoatum fulmen? Malim sane incitatum, quomodo aestum maris incitari dicit Caesar de B. G. 3, 12; hastas Valerius Flaccus 1, 410. —

Digitized by Google

7.

Scibam hanc mihi supremam lucem et servitî finem dari. t. t. c.

N. cap. de indiscret. generibus v. suasione, p. 226.

8.

Feras potiuntur plágas.

Donat. ad Terent. Adelph. 5, 4, 17.

9.

Cur me miseram inridet, magnis compotem et multis malis? t. t. c.

N. v. compotem p. 521.

10.

Flucti immisericordes jacere et tetra ad saxa adlidere. t. t. c.

N. v. flucti.

11.

Aut ego illum eripiam, aut illi poenam subferam. i. s.

N. v. suff.

DECIUS. Vide AENEADAS.

7. Libri servitutis, quod corrigens V. sententiam loci non expedivit: nam quis, quaeso, ille est in hoc argumento, qui et mortem et finem servitudinis eundem sibi diem attulisse dicat? Certe nemo. Ergo scribamus:

Scibam, hanc mi *aut* supremam lucem *aut* servitî finem dari. Electra haec, occisis Clytaemnestra et Aegistho, qui si mortem effugissent, consciam mactaturi erant. Servitium suum apud matrem post caedem Agamemnonis non semel virgo queritur apud Tragicos. — 8. Haec quoque Electra, nisi fallor, rem intus agentibus Oreste ac Pylade. — 9. Querela Electrae de Clytaemnestra, quod se suspectam paterna domo expulerit, et in matrimonium dederit Mycenaeo, haud ignobili quidem, sed pauperi: vide Electrae Eurip. principium. — 10. Pertinere versus videtur ad descriptionem tempestatis, de qua ad fr. 5. Flucti pro fluctus, prisce. — 11. V.: „Aldina citat ex Clytaemnestra; eâ antiquior Mediolanensis ex Praegressia; MSSi Nyptaegressia; Juniana et Merceriana Nyctegresia, quae vera absque dubio lectio est. Explicat eam vocem Festus in Egretus, ubi nocti surgium interpretatur. At, qui Nyctegraeciam vocant, plane ridiculi sunt: nam νυκτηγρεσίαν vel νυκτεγερσίαν dixere Grammatici nocturnam Agamemnonis ac primorum Graeciae consultationem, de qua Homerus Iliad. K. — Potuit ista dicere Achilles, cum de Patrocli corpore certamen esset inter Graecos et Trojanos: ut sententia sit, aut Patroclum se erepturum, aut vitam sibi evitandam ab Hectore. Nonius vero more suo ineptit, cum sufferre hic aliter accipi putat quam in illo Accii Myrmidonibus:

Ego me non peccasse plane ostendam, aut poenas sufferam.“ Malim et perspicuitatis et numerorum, sed maxime perspicuitatis causa: Aut ego eum eripiam, etc.

DEIPHOBUS.

1.

Nos continuo ferrum eripimus, omnibus manicas nexi-
mus. t. t. c.
Prisc. 9. p. 861; 10, p. 904.

2.

Eo ante nocte externa retia ut praeveherem et statue-
rem, t. t. c.
Forte aliquanto, solitus, lembo sum progressus longius.
N. v. lembus.

3.

Aut infando dolo homini, gnato Laërtae, Ithacensi ex solo, t. t. c.
Qui neque amico amicus unquam gravi', neque hosti ho-
stis fuit.
N. v. grave.

4.

Vel hic qui in ea parte effrenata impudentia
Praesentem praesens dictis mertare institit. i. s.
N. v. mertaret, mergeret.

DIOMEDES.

1.

— Fere exantlavimus i. s.
Tyranni saevom ingenium atque execrabile.
N. v. exanclare, p. 292.

Deïphobus. Delr.: „An hoc drama de morte Deiphobi, quam Virg. in 6. Aen. (494. seqq.); an aliquid Comici socci (!) continet, ut et nostri Demetrius, quam plane comoediam puto fuisse?“ (At istius Demetrii nusquam mentio.) *Fr.* 1. Factum hoc esse dixerit ille, quisquis est, qui loquitur (certe Graecus), in expugnatione Trojae. — 2. Ita Mercerus. V.: extremâ, Scriv. aliique proveherem. Scribendum:

— — — — *Eo* t. t. c.
Ante noctem extremam, retia ut proveherem etc.

Male autem Steph. et Scriv.: quam solitus; pejus Delr. plus quam sol. Eleganti brevitate dictum solitus pro eo, quod est qui solitus sim, vel fuerim, lembo progredi longius. Eo, eam ob causam. — 3. Libri: Aut (At) infando h. gnatula erat, aut arena, si ex sole (arena se exule) — hostis hosti f. Dedi Merceri conjecturam, quam certam puto, nisi quod scribi possit aliquanto propius codices: Aut infando homini, Laërta gnato, arenoso ex solo. Arenosum solum per contemtum appellat insulam parvam, quae nonnisi littoribus arenisque (Virg. Aen. 1, 172. etc.) constare videatur, qualis fuit Ithaca. — 4. Fort.: Vel hic, qui me experta effrenâ imp. etc. Effrenae etiam V. Expertem ejus rei, de quâ dictum fuerit in praegressis, quae omisit grammaticus.

Diomedes. Agitur de Diomede, Tydei filio, ceterum quale fuerit argumentum hujus fabulae, ignoratur. — *Fragm.* 1. Friget fere; displicetque propter [illegible] fieri, quod placet

Digitized by Google

2.

Simul aurem attendi, ut quirem exaudire amplius. i. s.
N. v. attendere.

3.

Adsum apud te, genitor.
N. v. apud.

4.

Passimque praeda pecua balabant agris. i. s.
N. v. pecua.

5.

Ergo med Argos referam (nam hic sum gnobilis), i. s.
Ne cui cognoscar noto.
F. v. nobilem. N. v. nobile.

6.

Benigne et pro beneficio largi atque ampliter.
N. v. largi, pro largire.

7.

Si unquam perpediar, gnato, puer, ne attenderis i. s.
Petere a me id, quod nefas sit concedi tibi.
N. v. attendere.

8.

Et qualis fuerit, fama celebrescat, tua. i. s.
N. v. celebrescat.

9.

Multa amittuntur tarditie et socordiâ. i. s.
N. v. tarditudinem et tarditiem pró tarditate.

2. Soloece codd. attendo. Attendi, intendi, arrexi. — 5. Verba fortasse Lycopei, unius ex Agrii filiis, cum in eo esset, ut a Diomede trucidaretur. Vitâ tum excesserat Agrius. — 5. Verba Diomedis. Festus nonnisi priorem horum versuum laudat, et quidem sic plane, ut hic legitur; N. secundum quoque habet, priore autem suam, pro sum, ut opinor, librario temere ab se scriptum sua corrigente addita m littera: nam quod quidam inde exculpserunt, fuam a sententia abhorret loci. — 7. MSS., auctore Vossio: praepediar, vel perpediar. Grot.:

Si unquam perpetiar, gnate, tu ne attenderis etc.

quae quid sibi velint, vix et ne vix quidem intelligo. Scribamus:

Si unquam praepediar: grate, puer, ne attenderis etc.

Hortatur pater filium, ut, etiamsi ipse aliquando praepeditus fuerit aetate aut morbo, tamen animo grato nunquam ab se petat illicita. Vel sic:

Si u. perpetiar, gnaro, p., ne attenderis,
Petere a me, quod nefas sit, concedo tibi.

quibus verbis filius admoneatur, ut viris gnaris peritisque attendat semper, iisque auscultet. Ad eandem patris orationem pertinere videntur fragmenta 6, 8, 12. —

Digitized by Google

10.

Ogygia moenia.

F. pag. 304, 10. Fr. p. 14, 26.

11.

— Ita effletu et tenebris obstinatus
Speciem amissi luminis conspicient insolentiam.

N. v. insolens.

12.

Non genu' virum ornat, generis vir fortis loco. i. s.

N. v. locum, p. 338.

ELECTRA.

Vid. M. Attilius in Nomenclatore ceterorum Tragicorum.

EPIGONI.

10. F.: Ogygia moenia Attius in Diomede appellans significat Thebas, quia eam urbem Ogygus condidisse traditur. — 11. V. numeris, ut ait, quadratis:

Ita fletu et tenebris obstinati, speciem amissi luminis
Conspiciunt insolentes, vel *Conspiciat insolentius.*

Fort.:

— — — *Ita,*
Et fletu et tenebris obstinatus, speciem amisi. Luminis
Conspiciens insolentiam . . . .

Quae dixerit Oeneus, carcere productus. Fletu obstinatus, i. e. fletui, vel ad fletum. Posterior harum sententiarum imperfecta est. Et alibi autem s et t litterae commutatae inter se sunt, et depravari solent extremitates vocabulorum. — 12. Mirifice V.: „Non genus etc. Trochaicus ἀκέφαλος. Sed integer fiet, si in fine addas sibi est, vel cluet.“

Epigoni. Nota est Epigonorum seu Filiorum, κατ' ἐξοχήν dictorum, historia, qui feliciter ulti sunt patres, principes illos septem, in oppugnandis Thebis praeter Adrastum occisos omnes. Delr.: „Ex Aeschylo,“ inquit, „vide Papinium in Thebaïde.“ Sed recte Brunck. ad Sophoclis Ἐπιγόνων fr. 3: „Sophoclis Epigonos latine expresserat Attius, cujus versum laudat Cic. Tuscul. 2, 24. — Sophoclis Epigonorum ab Attio conversorum meminit Cic. in libro de oratorum optimo genere cap. 6: Nec Andromacham igitur, aut Antiopam, aut Epigonos latinos recipiant; sed tamen Ennium et Pacuvium et Attium potius quam Euripidem et Sophoclem legunt. Euripidis Andromacham apud Romanos docuit Ennius, Antiopam Pacuvius, Sophoclis Epigonos Attius. Hinc erroris arguitur Davisius, qui ad Tusc. 2. ex Aeschyli dramate conversos fuisse ait Attii Epigonos. — Aeschyli Epigonos Andronicum (τὸν τραγῳδὸν, Athen. l. 13. p. 584.) egisse opinatur Fabricius, qui ejus meminit in notitia Tragicorum deperditorum. Sophoclis drama, ut nobilius, intelligi probabile est.“

Digitized by Google

1.

Qui, nisi genitorem ullo, nullum dat meis finem miseriis. t. t. c.

N. v. ullo.

2.

Sapimus animo, fruimur animâ; sine animo anima est debilis. t. t. c.

N. v. animus.

3.

— Sed jam Amphilochum huc vadere i. s,
Cerno, et loquendi pausa bona nobis datur.

N. v. pausa.

4.

Apud abundantem antiquam amnem, et rapidas undas Inachi. t. t. c.

N. v. amnem (femin. genere).

5.

Et nonne Argivos fremere bellum et velle vi vulgum videt? i. t.

N. v. vulgus (masc. genere).

6.

Ita imperitus stupiditate erumpit se, impos consilî. i. t.

N. v. stupor.

Fragm. 1. Alcmaeonis verba, ducis Epigonorum. Hyginus fab. 73: Amphiaraus Alcmaeoni filio suo praecepit, ut post suam mortem poenas a matre exsequeretur. Jussum id patris animo Alcmaeon agitans anxiusque Apollinem Delphicum consuluit, qui patris iram approbavit. Vid. Apollodor. 3, 7. Ceterum N.: ullo pro ultus fuero. Accius Epigonis: Qui etc. Quae corrupta sentiens Delr. dedit ulto. V.: „Longe," inquit, „ego malim ulso, cum N. dicat, poni illud pro ultus fuero. Nam ab obsoleto ulsi fuit ulsero, unde κατὰ συγκοπὴν ulso" etc. Fieri etiam potest, ut N. laxe haec fuerit interpretatus, cum forte scriptum reperisset in libris suis genitorem ulto pro genitore ulto, in qua lectione ulto accipiendum παθητικῶς, ut apud Livium 2, 17. — 2. N.: Animus et Anima hoc distant: Animus est, quo sapimus; Anima, qua vivimus. Accius Epigonis: Sapimus etc. Qua loco Mercerus jubet scribi Erigona. V. autem in annotatis ad Erigonae fragmenta: Et hic, inquit, locus et plerique alii, qui sequuntur, in MStis et editt. vett. citantur ex Epigona. Nempe quia Accius et Epigonos et Erigonam scripsit, inde factum, ut nomina ista non raro confundantur a librariis. — 3. Amphilochum, alterum Amphiarai filium, et ipsum vatem. Perperam Delr.: Antylochum. — 4. Describitur situs urbis Argeorum, unde profecti in bellum sunt Epigoni. —

Digitized by Google

7.

Viden', ut te impietas stimulat, nec moderat metus? i. e.
N. v. moderant pro moderantur.

8.

Nunc pergam, ut suppliciis placans coelitum aras expleam. t. t. c.
N. v. supplicium (supplicatio).

9.

Quid cesso ire ad eam? Hem, praesto est! Camo collum gravem!
N. v. collum.

10.

Eloquere propere, ac meum hunc pavorem expectora. i. e.
N. v. expectorare (extra pectus ejicere).

11.

Eâque hoc causâ, ut ne quis nostra verba clepëret auribus. i. e.
N. v. clepere (furari).

12.

Maneas adhisante exsilio macte Pelopis externis.
N. v. mactare.

13.

Alcmaeon. Audisne haec, Amphiarae, sub terram abdite? i. e.
Cic. Tusc. Qu. 2, 25.

8. Verba fortasse Alcmaeonis, re bene gesta apud Thebas. — 9. V.: „Camus (κημός, Dorice καμός,) funis est, quo furciferi alligantur furcae. Plautus Cas. Sc. Face, Chaline (280):

Taceo. Deos quaeso, tu ut quidem hodie camum et furcam ferat.

Nunc canem pro camum vulgo scribitur, sed contra fidem libb. vett. — Alias camus est vinculum sive frenum, quo equi coercentur, teste Isidoro lib. ult. Orig. cap. ult. Atque ita non solum usi sunt LXX. interpretes Psalm. 31. vers. 9, sed etiam B. Hieronymus in suâ interpretatione." Verba sic versifices:

— — *Cesso ire, ad eam? Hem, praesto est! Camo* i. t. c.
Collum gravem!

Socco haec quam cothurno aptiora videbantur Vossio. — 10. Malim, quod elegantius leniusque numeris, ac mi hunc pav. exp. — 12. V.:

— — — — *Men' eas*
Adnisum ante exulio mactare Pelopiis
Ex terris.

Malim uno versu, t. t. c.: Maneas; alios (reliquos) autem exilio macto ex terris Pelopiis. Fragmenta, quorum haec initia Age, Fateor, Quibus, quaere inter Erigonae.

Digitized by Google

EPINAUSIMACHE.

1.

— Martes armis duo congressos crederes.
Charis. 1. v. Duo, hos duo, p. 101.

2.

— Contra, quantum obfueris, si victus sies, i. s.
Considera, et quo revoces summam exerciti.
N. exerciti (pro exercitûs).

3.

Ut nunc, cum animatus iero, sum armatus satis. i. s.
N. anima, p. 233.

4.

Probis probatum potius quam multis fore. i. s.
N. v. Veterum etc. p. 519.

5.

Incursio ità erat acris.
Charis. l. 1. p. 93.

6.

Quodsi procedit, neque te neque quemquam arbitror i. s.
Tuae poeniturum laudis, quam ut serves vide.
N. v. poeniturum.

7.

Ubi nunc terricula tua sunt?
N. v. terriculae.

Epinausimache. H. Steph.: „Tres voces Graecae ἐπὶ ναῦσὶ μάχῃ in unam conflatae; sed alicubi illam inscriptionem Epinausimache, aut ἐπιναυσιμάχῃ, alicubi hanc ἐπὶ ναυσὶ μάχῃ invenies.“ Agitur de Graecorum cum Trojanis pugnâ illâ celebri ad naves, quam describit Homerus Iliad. 15. *Fragmento* 1. dicuntur Hector et Ajax, impugnans ille, hic defendens naves Graecorum. Vid. Iliad. 15, 674. seqq. — 2. Ex Agamemnonis, ut videtur, oratione, quâ Menelaum fratrem deterret a pugnâ singulari cum Hectore. Vide Iliad. 7, 109. seqq. Longe autem haec leniora quam Homerica. — 3. Verba Menelai, pugnae cupidi. Minus modulate libri: — iero, satis armatus sum. — 4. N.: „Veterum memorabilis scientia (imo sententia) paucorum numerum prò bonis ponebat; multos contra malos appellabant, etc. — 5. Incursio, Ajacis atque Hectoris in certamine singulari. Iliad. 7, 255:

Τὼ δ' ἐκπασσαμένω δολίχ' ἔγχεα χερσὶν ἄμ' ἄμφω,
Σὺν β' ἔπεσον, λείουσιν ἐοικότες ἀμφιφάγοισιν,
Ἢ συσὶ κάπροισιν, τῶντε σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν.

— 6. Quodsi procedit, si proficis, si bene rem geris. Verba Hectoris ad Ajacem. Vid. Iliad. 7, 234. seqq. — 7. Ex responso Ajacis, Hectorem saxo prosternentis. Vid. ibid. 268. seqq. Ceterum libri terriculata sunt, quod emendavit Mercerus. Perperam Steph. Delr.: U. non t. cita sunt? Scriv.: U. non t. tua sunt? V.: Malim: U. nunc t. tua sunt? uti est in MSS.

Digitized by Google

8.

Luciferâ lampade arietem exurat Jovis. i. s.
Prisc. 6, p. 695.

9.

— Scamandriam undam salso sanctam obtexui sanguine, t.t.c.
Atque acervos alta in amni corpore explevi hostico.
N. v. amnem, p. 191.

10.

Ab classe ad urbem tendunt, neque quisquam potest i. s.
Fulgentium armûm armatus ardorem obtui.
N. de numeris et casibus, p. 495.

11.

Nec perdolescit fligi socios morte, campos contegi, i. t.
N. v. fligi.

12.

Tamen haud fatiscar, quin tuam implorem fidem. i. s.
N. vv. fatiscere et fatiscuntur.

13.

Proin tu id, cui fiat, non, qui facias, compara. i. s.
N. v. comparare (aestimare).

8. V.: „Jovis," inquit, „hic rectus est, ut Prisc. monet in VI." etc. Significatio haec est veris, quando sol intrat signum arietis, quod ut fiat, his verbis optare nescio quis videtur. — 9. Ita libri, quos sequi existimandus est, cum nihil moneat, Mercerus. V. tamen in MSS. et antiquis editis haec legi dicit: Accius Epinausimachemandria: Mundam salvo sanctam obtexui sanguine. Unde facit: A. Epinausimache:

Et Scamandriam undam salso sanctam obtexi sanguine.

Obtexi etiam Delr. aliique. Scriv. malebat:

Sanguine undam salso sanctam obtexui Scamandriam etc.

Sed putide dictum est acervos explevi corpore hostico in alta amni. Quare sic potius scribam: Scam. u. s. s. obtexi s.,

Atque acervans altam amnem corpore explevi hostico,

in quibus non liquescit altam. De salso sanguine cf. notata ad Hecubae Enn. illa Unde animae etc. Delr.: Loquitur de victoriâ Achillis ad Simoentem, cum ejus cursum rapidum cadaverum stitit multitudine. nota res ex Homero, Catullo, ceteris. — 10. Ineptum, si quid aliud, armatus: nam quid, quaeso, attinet ad significandum fulgorem armorum, armatos, aut non armatos, ea conspexisse? Nisi id voluisse quis putet Attium, ne armatos quidem eum fulgorem sustinere potuisse. Sed

Non haec insano syrmate Musa tumet,

ut ait Martialis 4, 49. Scribendum animatus, animosus, bono animo. — 11. Dictum de Achille, qui, Agamemnoni suscensens, a Graecis secesserat. — 12. Verba legati Graecorum, Phoenicis fortasse, quibus verbis suadet Achilli, ut revertatur ad exercitum. Vid. Iliad. 9. Steph. Delr.: fatiscam. — 13. Considerare Achillem jubet legatus, quem beneficio reditûs sui afficiat (intel-

Digitized by Google

14.

Primores procerum revocarent nomina, nisi esset quis qui (libri *quisque*) armis secum vellet cernere.

N. v. cernere.

15.

Eos mortalis foenis lib. X. (libro decimo) miseror (misereor) saepe studitos volo.

N. de accus. pro genit., p. 500.

16.

— Item ad moestitiam mutam infantum quadrupedum. i. s.

N. v. mutus.

ligit autem populum Graecorum), potius quam, quis ipse sit, et quomodo ab Agamemnone acceptus. — 14. MS. ap. Vossium revocarit, et ni pro nisi; unde V.:

Primores procerum provocaret nomine,
Si esset quis, qui armis secum vellet cernere.

Quod hactenus probo, ut malim provocavit. Agitur autem Hectoris illa provocatio, de quo Homerus Iliadis libro 7. — 15. Locum prorsus depositum judicat Scriv. V., foenis lib. decimo pro aeneadis aut decio forte scriptum arbitratus, hanc esse putat manum Attii: Accius Ἐπινανσιμάχῃ: Eos mortales reminiscor. Et Aeneadis, aut Decio:

Miseror saepe; ast id eos volo obliviscier.

„Ut hoc," inquit, „dicat poëta: saepe quidem eorum miseritum est; sed tamen non debent se aeternum macerare cogitatione ejus mali." Nec nolit ita legi:

Miseros saepe istud eos volo reminiscier.

Cum in eo sit N., ut ostendat, verba memoriae atque oblivionis pro patrio etiam accusandi casum admittere, verisimile fit Vossio, utrobique ejus notionis verbum, sive ob repetitionem crebram, sive occasione aliâ, praeteritum esse a librario. Quae si cui placent, fruatur is suo judicio. Nobis quidem, haec in omnes partes versantibus, fuit cum ita scribendum esse videretur:

— — — [a]*Es mortalis,* t. t.
Felix, liber. Diximu'. [b]*Miseros semper auditos volo.*

Vel sic:

— — (*Achilles.*) Os mortalis! *Phoenix.* Libet: i. s.
Dixerimu': miseros semper auditos volo.

Illa Es — Diximus verba putabamus Priami, corpus Hectoreum petentis ab Achille, quem ipsum quoque et mortalem esse dicit, et felicem liberumque, ut non uno loco ictibus patcat Fortunae. Cui gravissimis hisce verbis finienti orationem suam assentitur aliquis praesentium amicorum. Altera scriptura sic explicanda est, ut auditâ Phoenicis, olim paedagogi sui, oratione, quâ paulo gravius objurgatus erat, Achilles exclamarit Os mortalis! specta hominis audaciam, ista mihi dicentis! Cui Phoenix: Libet dicere, et dicam: Miseri semper audiendi sunt. Miseros autem appellat Graecos perituros, nisi opem Achilles ferat. Non semel nomina personarum colloquentium ipsis orationibus forte inserta turbaverunt. Sed haec hactenus. — 16. Fort.: Itum ad moestitiam etc. Ivisse dicuntur Trojani, occiso Hectore, ad mutam animalium moestitiam. Librorum lectio infantium minus facit ad versum. —

Digitized by Google

17.

Mors amici subigit, quae mi est senium multo acerrimum. t. t. c.

N. v. senium.

ERIGONA.

1.

Tum autem Aegisthus si me esset eodem lecto comitasset patri.

N. v. comitasset.

2.

— Quibus oculis quisquam nostrum poterit illorum obtui t. t. c.

Voltus, quos jam ab armis anni porcent?

N. v. porcet.

3.

— — — — Fateor; t. t.

Sed cur propter te pigrem haec, aut hujus dubitem parcere capiti?

N. v. pigrare.

4.

Quanquam est exsangue corpus mi atque annis putret. i. s.

N. v. putret.

5.

Locrorum late viridia et frugum ubera. i. s.

N. de genit. pro ablativo, p. 498.

17. Loquitur Achilles, interfecto Patroclo succurrens Graecis. *Erigona.* Delr.: „Erigona Icarii filia, patris desiderium non ferens, suspendium elegit. Vide praeter ceteros Nonn. Dionys. μζ.“ Sed V.: Satis, inquit, spissus est error eruditissimi Delrii, qui putavit, hanc tragoediam esse de Erigona, Icarii filia, quae, patre a rusticis interempto, vitam laqueo finivit. Nam praeter hanc altera etiam ejus nominis fuit, ex Clytaemnestra et Aegistho nata, quam Orestes voluit interficere; sed Diana eam rapuit, et in Attica fecit sacerdotem, ut Hyginus tradit fab. 122. De hac Erigóna fabulam fuisse, praeter alia ostendunt Aegisthi et Orestis nomina, quae in his laceris reliquiis occurrunt. *Fragm.* 1. N.: Comitasset pro cubuisset. Accius Erigona: Tum etc. Sed scribendum procul dubio: Constrasset, perculisset. A. Erig.:

Tum autem Aegistho, si esset, me eodem lecto constrasset patri.

Dicit Erigone, Orestem se simul cum Aegistho patre immolaturum fuisse, si potuisset. Si esset, si locum habuisset, si licitum fuisset per Dianam. Frustra Mercerus, probante Vossio: T. a. Aegisthus simul eodem lecto cubitaret patri (patre). Aegisthus, inquit, σύλεκτρος Agamemnoni, ut est apud Euripidem. Pejus etiam alii, quorum commenta vide, si vacat, apud ipsos. — 5. Videtur haec respondere Orestes Dianae, manus eum abstinere jubenti ab Erigona. — 5. Imo Locorum. Viridia locorum, viridia, loca. Alieni Locri. —

Digitized by Google

6.

Adsentio. Age nunc tuam progeniem ede ordine. i. s.
N. v. assensit.

7.

Age, age, amolire! amitte! cave vestem attigas! i. s.
N. v. attigat, continget (contingat).

8.

Sed ubi ad finem ventum, in quo illum fors expectabat loco, t. t. c.
Atque Orestes gravi' sacerdos ferro promto adstituere.
N. v. gravis.

9.

Quod utinam me suis arcitenens telis mactasset dea! t. t. c.
N. v. mactare.

10.

Hospitem depositam interimes? t.
N. v. deponere.

ERIPHYLA.

Pallas bicorpor anguium spiras trahit. i. s.
Prisc. l. 6, p. 699.

6. Libri: A.; age nunc tu tuam p. et ordinem. Emendavit Mercerus. — 7. Verba deae ad Orestem ingruentem in Erigonam. — 8. Libri ventum est, quod refragatur metro, deinde spectabat l., At (Ad) quem Or., quae abhorrent ab sententia. Recte V.: „J. Lipsius haec ad Iphigeniam Tauricam referebat, unde pro finem legebat fanum. Sed ad caedem Aegisthi pertinere, satis liquet ex Electra Euripidis. Unde Mercerus recte emendat Atque Orestes. Qui et atque interpretatur statim, uti in Maronis isto (Georg. 1, 203):

Atque illum in praeceps prono rapit alveus amni."

Male etiam assistit vel adstitit invexere pro adstituere, qui est infinitivus historicus. Ceterum recte Triumviri expectabat. — 9. Optatum Orestae, furiis agitati. — 10. Itidem recte Mercerus depositam. Libri deposita. Interrogari haec, secus ac vulgo fit, in aperto est videre. Fragmenta, quorum ista initia Ita imperitus, Eaque, Nunc pergam, quaere in Epigonorum.

Eriphyla. Delr.: „Amphiarai uxor, a filio necata, de qua Propert. lib. 2." (3, 11, 57.) Eandem hanc fabulam cum Alcmaeonis fuisse putes, sicut multae et fuerunt et hodieque sunt binomines. Vide notata ad Livii Laodamiam, Ennii Andromacham. Sophoclis quoque tragoediae sic inscriptae nonnisi pauca fragmenta extant. Pallas anguis speciem induerit in bello deorum cum Typhone, de quo bello vide interpretes Flacci ad Od. 2, 19, 21. seqq., Ovidii ad Met. 5, 319. seqq. aliosque.

Digitized by Google

EURYSACES.

1.

Nunc per terras vagus, extorris regno, exturbatus mari. t. t. c.
N. v. extorris.

2.

Super Oceani stagna alta patris a. d.
Terrarum amfracta revisam. a. paroem.
Varro de L. L. 6, 68. N. v. amfractum (gen. neutro).

3.

Tu, quod quaero abs te, enoda et, qui sis, explica. i. s.
N. v. en.

4.

Nam ea oblectat spes aerumnosum hospitem, i. s.
Dum id, quod miser est, clam esse censet alteros.
N. v. censere.

5.

Jam potere incipiam, et si nequid vi contendam ut hic
compotet texum Salaminem habeam.
N. v. contendere, p. 259.

Eurysaces. Delr.: „Ajacis et Tecmessae filius Eurysaces a Sophocle nominatur. an de hoc? hic Teucrum mortuo patre Salaminem redeuntem accessu prohibuit, testo Justino lib. ult.“ Miruni, quaeri de re, quae certa est. Sophoclis quoque laudatur fabula cognominis. Vid. Brunck. ed. Justinus lib. 44, 5. Gallaeci Graecam sibi originem asserunt: siquidem post finem Trojani belli Teucrum morte Ajacis fratris invisum patri Telamoni, cum non reciperetur in regnum, Cyprum concessisse, atque ibi urbem nomine antiquae patriae Salaminam condidisse. Inde, accepta opinione paternae mortis, patriam repetisse. Sed cum ab Eurysace, Ajacis filio, accessu prohiberetur, Hispaniae littoribus appulsum loca, ubi nunc est Carthago nova, occupasse; inde Gallaeciam transisse, et positis sedibus genti nomen dedisse. *Fragm.* 1, 2. Verba Teucri Hispaniam petentis. Quae conjunxit Scal., sic scribens: — extorris, Exturb. regno atque mari, Super etc. — 3. Ita Steph. Delr. N. ὑπερμέτρως: Tu autem, quod quaero abs te. Correxit V. — 4. Scribendum puto Ea namque oblectat, et sequ. versu Dum illud, quod etc. Alioqui verba Nam, ea, et Dum non fuerint elidenda, quod paulo durius videtur. Ea namque placebat etiam Vossio. — 5. Suadeo scribamus:

— — *Jam potere! Inspiciam et sino.* t. t. c.
Quid vi contendam, hic ut tecum Salaminem habeam compote?

Potere a poti. Potiri Salamine Eurysacem jubet Teucer, quoniam semel ejus compos sit. In compotet t posterius pertinet ad sequentem vocem. Tecum ponendum esse, plures intellexerunt. Grot. ap. Vossium:

Jam patere incipiam, et sine vi contendam, diu
Ut compotiri tecum Salaminem queam.

Digitized by Google

6.

Sed, ut ratu', tetrâ veste et vastitudine i. e.
Tam deformatus ....

N. v. vastities.

7.

Nunquam erit tam immanis, cum mea opera extinctum sciat,
Quin fragescat. t. t. c.

N. v. fragescere, frangi.

8.

Apud ipsum adstas.

N. v. apud, p. 522.

9.

Diffidam autem ne cidere turbat vulgum ambigua. civis evitat, moeros, disjicit.

N. v. vulgus.

10.

Persuasit moeror, anxietudo, error, dolor. i. s.

N. v. anxiitudo.

11.

Heu me miserum, cum haec recordor, cum illos reminiscor dies!

N. de accusat. pro genit., p. 499.

„Sententia est," inquit V., „patere incipiam, ac sine, ut contendam vi. (!) Id enim verius puto, quam ut sine sit praeverbium." Nollem talia excidisse viris eruditissimis. — 6. Libri: S. ut ratusta et raveste et vast. tarde forma tuis. Sed ut ratus, Sed ut (quomodo) ratus eram habentem se illum me inventurum esse. Quae narrare videtur Teucer de Telamone, mortem Ajacis moerente. Mercer. posuit Sed atratus, quod vix quadrat ad versum. Recte idem Tam deformatus. Hoc vel simile secutum fuerit apud Attium: Vix ut quirem noscere: nam abrupta est sententia. V.: Sed ut Vetusta veste et tetra et v. Tam deformatus. Grot.: Sed ut ista tetra veste et vastitudine, ac Deformitate. — 7. Et sententia et metro monstrantibus scribamus cum non mea opera etc. Fractum iri Telamonem sperat Teucer propterea, quod non sua, Teucri, opera seu culpa sit occisus Ajax. — 9. Scribi potest:

— — *Diffidam autem? Nae, cecidero,* i. t.
Si turbat vulgum ambiguum, evitat cives, moeros disjicit.

Telamo, nisi fallor: Diffidamne autem, inquit, senectuti meae, metuamque Teucrum? Imo occidam cum mea manu, si turbat etc. Mercero in mentem venit scribendum esse vulgum abigit, civis evitat etc. V.: T. v. ambiguam (ambiguum), ac civem evitat, m. d. — 10. Libri anxitudo, quod caret analogiâ. —

Digitized by Google

12.

Opinione factum est, ut quanto minus i. s.
Stirpem educabant, tanto veremur magis
Eos esse.

N. v. opinio.

13.

Tot tropaea transdes, summam gloriam evorti sines, t. t. c.
Tam desubito?

N. v. desubito.

14.

Reprime parumper vim citatûm quadrupedum.

N. de numeris et cas. p. 495.

15.

Disertim id unum incommodis defit meis. i. s.

N. v. disertim (pro diserte).

16.

Proh dî immortales, speciem humanam invisito i. s.
Tam egregiam, indignam clade et squalitudine?

N. v. squalor.

17.

Sed memet calvor. Vos istum, ut jussi, ocius i. s.
Abstrahite!

N. v. calvitur, p. 6.

18.

— Quemadmodum occupemus facere ultro in regem impetum?

N. v. occupatus.

12. Inepte libri: quanto minus. Exaratum forte maius pro magis porro degeneraverit. Quaeri solent liberi, et propterea majore in honore esse homines. Nec latina sunt ista tanto veremur magis eos esse. Probarem, si ita legeretur in codd.:

Opinione factum est, ut quanto magis
Stirpem educabant, tanto veremur magis
Sos esse.

Sos, suos, suae potestatis, neque alii obnoxios, utpote opitulantibus, vimque defendentibus filiis. Vid. Fest. verbis Sas et Sos. Verba desiderantis Ajacem Telamonis. — 13. Hisce senem hortatur Eurysaces, ne Teucro cedat, memor antiquae suae virtutis. — 16. Libri: humanam inusitatam egregiam, neque haec ibi interrogantur. Verba fortasse alicujus, qui convenit Telamonem moerentem, vixque fieri posse putat, ut hominis sit species tam egregia. — 17. Male omissum ut apud Mercerum. Teucrum abstrahi jubet Telamo. — 18. Librarii pro captu suo: Qu. impetum occup. facere ultro in regem. Frustra V.: ultro fac. in regiam. —

Digitized by Google

19.

Nihil est. Si autem ad te retardat, sotium in portu est, copiaque subsistat modo, tu te ipse effirma et compara.
N. v. comparare (confirmare et constituere).

20.

[a] Heu mihi, ut etiam haec aerumna mihi luctum addit luctibus! t. t. c.
[b] Quid tuam miseram solitatem memoras? Formidas tibi?
[a] Eurysaces, te commiserabar mage quam miserabar meae Vitae, multis malûm aliquando devexatae generibus.
N. v. miserari et miserere.

21.

Ille orbus, exspes liberûm.
N. v. exspes.

22.

Ilico inquam habitat ovis quam propitius.
N. v. ilico (pro illo).

18. Responsio ducis nescio cujus Salaminiorum, qui timet impetum facere in Teucrum. — 19. Scribamus:

Nihil est. Si autem ad te res tardat, sociûm in promtu copia est,
Quae subsistat; modo tute ipsus tete firma et compara.

Scriptum separatim tu te in fraudem illexit librarios, ut tete omittendum putarent, tanquam ταυτολογικόν. Tardare, verbum neutrum, etiam alibi legitur. Verba Eurysacis, qui, dubitante Telamone, quid faciat, nihil esse ait, neque cedendum Teucro invadenti. — 20. N.: Ei mihi, ut etiam haec erumna haec (sic) mihi luctum addit luctibus. Alia persona: Quid miserariid me Eurysacem tuam solitatem memoras, formidas tibi: te comm. magis quam mis. mei: et multis talia et aliquando vexata generibus. Scriv.: commiserebar, — et multis mei et aliquando v. g. Appareret, forte trajectum esse nomen Eurysacem, neque difficile est, in verbis tali et mei agnoscere malûm (malŭ) vel mali, quod malebat Delrio. Haec autem, continuâ exarata scripturâ, meeuitemultis mutata sunt paulatim, neglectis, ut fit, similibus, in meietmultis. Certe ejusmodi aliquid requirit metrum. Ceterum media oratio Eurysacis est, reliqua Telamonis; id quod non intelligentes viri docti mire hallucinantur. — 21. Sermo est de Telamone. — 22. Hallucinatum hic quoque puto bonum virum Marcellum, neque Illico scripsisse Attium, sed Illic. Scribamus:

[a] *Illic, inquam, habitato!* [b] *O Jovis, quam propitius!* i. s.

Abire in malam rem Telamo jussit Teucrum, ibique habitare. Cui Teucer. ἰρωνικῶς: O Jupiter, quam propitius es, quam erga me animo paterno! Jovis casu recto usitatum Attio et priscis. Cf. Epinausim. 8. et lexica.

Digitized by Google

23.

— Atque, ut vides, non tenui de loco.
N. v. locus, p. 341.

FIDICINAE. Vid. PHINIDAE.

HECUBA.

Veter fatorum terminus sic jusserat. i. s.
Prisc. l. 6. p. 716.

HELLENES.

1.

Qui, nisi probrum, omnia alia indelicta aestumant. i. s.
F. v. probrum, p. 375, 18. Fragm. p. 19, 20.

2.

Signa extemplo canere ac tela ob moenia obferre imperat. t. t. c.
F. v. moenia, p. 244, 17. Sched. p. 81, 5.

ILIONA.

1.

Ibo ad eam, ut sciscam, quid velit. Valvae sonunt. i. s.
N. v. sonunt.

2.

Aut stagnorum humorem rimarem loca.
N. v. rimari.

IO.

Hecuba. Argumentum Euripideum. Veter pro Vetus dixere prisci.

Hellenes, Ἕλληνες. Hoc dedi, cum apud ipsum Festum (nam Fragmentum et Schedae habent Hellenibus), item Stephanum et Scriv. Helenibus, apud Delrionem vero invenissem Heleni, quae nomina quid sibi vellent, pariter ignorabam. Fieri autem potest, ut celebratus in hac fabula fuerit Deucalionis filius Hellen, a quo dicti sunt Ἕλληνες, qui ante Γραικοί. Vid. Apollodor. 1, 7. *Fragm.* 1. Versus Attii plane Stoïcum decretum est Οὐδὲν κακὸν, εἰ μὴ αἰσχρόν. Scal. — 2. Ob moenia, i. e. ad moenia. Vide Ob (apud Festum. Dacer.

Iliona. Vide notata ad Ennii fabulam cognominem. *Fragm.* 8. Recte V. humidorum.

Io. Delr.: „Ionem scripsit Eubulus" (comoediam: vid. Athen. 4, 169, f; 7, 300, c; 302, d; 10, 417, d,) „et Euripides, unde noster." Scripsit etiam Sophocles tragoediâ deperditâ; neque tamen hae fabulae, in quibus agitur Ion, Apollinis et Creüsae filius, quidquam pertinent ad Ionem illam, quam in vaccam mutavit Juno ζηλότυπος. Aeschylum potius Prometheo vincto secutus fuerit Tragicus latinus, nec nolim huc referri ad ejus Prometheum, quae tragoedia binominis fuerit, ut tot aliae in utrâque lingua.

Digitized by Google

1.

— Quibusnam te ortum aibant locis?
Prisc. 10, p. 906.

2.

Ex taurigeno semine ortam fuisse, an humano cluam? t. t. c.
Prisc. 6, p. 677. Macrob. Sat. 6, 5.

3.

Topper ut fit, patris tunc eicit iras.
F. v. Topper, p. 573, Fragm. p. 76.

4.

Custodem adsiduom Ioni adposuit virgini. i. s.
Charis. l. 1. p. 47. Prisc. 6, p. 685.

MEDEA.

1.

Ego me extollo in abietem altam, ex tuto prospectum aucupo. t. t. c.
N. v. aucupavi.

Fragm. 1. Minus expedito metro legitur aibant ortum, durumque sit scribere ted aibant ortum l., ut haec sit posterior pars vel iambici senarii, vel trochaici t. c. — 2. Vitiose libri: humano eam. Saepius titubatum in verbo cluo. Macrob.: „Idem (Attius) in Minotauro: Taurigeno semine ortam an humano?“ Sed vereor ne hoc ille reliquerit Idem in Io taura, vel I. in Ione taura. Propert. 2, 23, 19:

Ut Semelâ est combustus, ut est deperditus Io.

Cf. F. v. Topper. Varro de Re rust. 2, 5: Quae sterilis est vacca, taura appellatur. Cf. Fest v. tauras. — 3. In Festi fragmento legitur patris teneicit iras. Scribendum itaque videtur:

Topper, ut fit, patris te nunc (tenĕ) *eicit irâ?*

qui versus fuerit t. t. c., sed μεῖουρος: nisi altius subsit ulcus, cumque nunc ita legatur apud Festum Sic Attius Io: T., ut f., patris tunc eicit iras. Ennius (enius) vero sic. topper fortasse valet in Ennii et Pacuvii scriptis, quae affecta esse sentimus omnes, haec potius restituenda sint grammatico:

a *Topper, ut fit, patris te nunc eicit irasentia?* t. t. c.
b *Verum.*

Sic Topper fortasse valet etc. Quaerit illud Prometheus, vel aliquis, ex Ione, cui illa respondet, sicut Chaerea apud Terentium Eun. 2, 3, 54. Cf Heaut. 5, 3, 11. etc. Irascentia his nunc legitur in Apulejo, qui sectatur prisca; quod vocabulum significari puto s littera in iras, facileque mutatum esse irascentia in irasentia, irasenia, irasennius.

Medea. Delr.: „Non tota, magna tamen parte ex Euripide.“ *Fragm.* 1. Obscura sententia, nec salvo metro, legitur E. me ext. in abietem, alte ex tuto prospectans aucupo. Genuinum sine dubio prospectum, nec deterius sit aucupans. Prospectum aucupo etiam Pacuvius dixit Chryse. V.: Verba

Digitized by Google

2.

Prima ex immani ad mansuetum adplicans.

N. v. immane.

3.

Dominatur Fors, neque ulli in vitâ proprium est. i. s.

N. v. proprium.

4.

Principio extispicium ex prodigiis congruens te ars arguit. i. t.

N. v. extispices, p. 16.

5.

Nisi ut astu ingenium linguâ, laudem, et dictis lactem lenibus. i. t.

N. v. lactare.

6.

Tun' dia Medea es, quojus aditum expectans pervixi usque adhuc? i. t.

N. v. aditus (adventus).

7.

Apud vetustam turrem.

Prisc. 7. p. 761.

sunt (?) pastoris ejus, qui Argo navem describit ap. Ciceronem in II. de Nat. Deorum. Quare et illa hanc ad fabulam pertinent, quae superius ex Argonautis Attii citantur. Nec enim nomine Argonautarum fabulam ullam Attius scripsit. — 2. Vulgo: Primo ex m. victum ad m. a., quod adumbratum esse ex Iasonis ad Medeam sermonibus ap. Euripidem, monet secundum Scaligerum Mercerus. (Med. Eurip. 536:

Πρῶτον μὲν Ἑλλάδ' ἀντὶ βαρβάρου χθονὸς
Γαῖαν κατοικεῖς, καὶ δίκην ἐπίστασαι,
Νόμοις τε χρῆσθαι, μὴ πρὸς ἰσχύος χάριν.)

— 3. Insulse libri: Fors dom., neque vita ulli propria in vita est. — 4. Mercerus: Extispicium, inquit, ut hominium Sallustio et sexcenta ejusmodi priscis scribtoribus (sic), secundo casu. — 5. Nihil aliud sibi faciendum dicit Medeam timens Jason, quam ut ejus ingenium praedicet, atque verbis lenibus iratam placet. — 6. Mercer.: „Hic locus indicat, non esse versam Accii Medeam ex Euripidis Medea, quicquid visum viris doctis. Nam haec sunt Aegei ad Medeam Athenas venientem, quod nec fit in Euripide, et alterius est temporis.“ Quasi non haec, Medeam quolibet loco adspicientis convenientesque, dicere possit Aegeus, velut Corinthi ap. Euripidem Med. 561. seqq. Ceterum ita Mercerus, tanquam ex libris suis: nam nihil monet. Sed Delr. et Scriv. Passeratii hanc emendationem esse dicunt, cum ap. Stephanum aliosque legatur Tunc Diomedes, et cujus aditum expectant etc. Scriv.: „Fortasse,“ inquit, „Tune Diomedes es, cujus etc., et in Fabulae indice Accius Diomede, non Accius Medea.“ Equidem persto in lectione Passeratii et Merceri. —

Digitized by Google

8.

Vagant, pavore pecudà in cunctis deserunt. i. s.
Qui nos pascet postea?

N. v. pecua et pecua (pro pecora), et v. vagas.

9.

Qui potis est repelli quisquam, ubi nullust causandi locus? t. t. c.

N. v. causari, causam dicere, vel defendere.

10.

Pernici orbificor liberorum leto tabificabili i. t.

N. v. tabificabile, vel tabificum.

11.

Perite in stabulis frenos immittens feris. i. s.

N. v. ferus (equus), p. 307.

12.

— Ut tristes turbinum i. s.
Toleraret hiemes, mare cum horreret fluctibus.

N. v. horrendum.

13.

Lavere salsis voltum lacrimis.

N. v. lavere, p. 504.

14.

Exul inter hostes, exspes, expers, desertus, vagus. t. t. c.

N. v. exspes.

MELANIPPA. Vid. MENALIPPUS.

MELEAGER.

8. Scribendum arbitror nobis. Ceterum quo haec pertineant, non exputo. — 9. Repelli, ut Phaedrus Fab. 1, 1, 9: Repulsus ille veritatis viribus. Fuit tamen cum mallem refelli, cujus loco scriptum ab aliquo rephelli mutatum videbatur in repelli. Medeae verba, querentis, indicta causa se puniri exilio. — 10. Ita V. aliique. Libri: Par neci orb. lib. leto et tab. Jasonis verba. Cf. Eurip. Med. 1305. seqq. — 11. Frigent verba in stabulis, neque dubito quin profectum sit instabilis. Instabiles frenos dixit draconum alatorum, quibus per aërem aufugit Medea. Cf. Sil. 6, 268. Perperam equos intelligit Nonius. — 12. Libri horret, quod fucans V. scribi vult cum mare. Sed simile simili offecit, rectumque sine dubio est horreret. Per turbidum mare Jasonem secuta dicitur Medea. — 14. Expers absolute, i. e. expers omnium rerum, egens, inops. De Jasone sic Medea.

Meleager. Delr.: „Ex Euripide. laudatur etiam Athenaeo Meleager Scirae Comici. historiam pete ex 8. Metamorph." Fieri potest, ut Euripidem in hac tragoedia expresserit noster potius quam Sophoclem, qui idem argumentum tractavit. Ceterum neutrius horum dramatum fragmenta, paucissima illa Sophoclei, pauloque plura alterius, habent, quod ad haec Attii referatur.

Digitized by Google

1.

Vagent ruspantes silvas, sectantes feras. i. s.
N. v. ruspari (scrutari).

2.

Quae vastitudo haec aut unde invasit mihi? i. s.
N. v. vastities.

3.

Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent, t. t. c.
Pro se quisque cum coronâ clarum connectit caput.
N. v. herba.

De Seira sic Athenaeus 9, 402a, b.: — Σείρας (εἰς δ' ἐστὶν οὗτος τῆς Ἰταλικῆς καλουμένης κωμῳδίας ποιητής, γένος Ταραντῖνος,) ἐν Μελεάγρῳ φησίν·

Ἐνθ' οὔτε τιμὴν ἄξιοί νεμειν βροτὰ,
Οὔτ' ἀσχέδωρος νεμόμενος κατρώζεται.

— 1. Legebatur ante Scaligerum: V. r. s. sextam tesseras, quod ille feliciter emendavit, adstipulantibus Delrione, Scriverio, atque ipso Mercero, qui Scaligeri scripturam in ordine posuit, tanquam repertam in libris suis: nam nihil monet. — 2. Vastities, inquit N. et vastitudo et vastitas: horror et desertio et contagium etc. — 3. Idem: Herbam veteres palmam vel victoriam dici volunt. Festus: Herbam do cum ait Plautus, significat Victum me fateor; quod est antiquae et pastoralis vitae indicium: nam qui in prato cursu aut viribus contendebant, cum superati erant, ex eo solo, in quo certamen erat, decerptam herbam adversario tradebant. Plin. H. N. 22, 1: Apud antiquos signum victoriae erat porrigere herbam victos, hoc est terra et altrice ipsa humo et humatione cedere; quem morem etiam nunc durare in Germania scio. Idem de Vasconia affirmat, qui Plinii locum in notatis ad Festi laudat, Dacerius. Frustra ibidem Scal.: „Hic quidem (apud Attium) agnoscitur victor, at non a victis: sunt enim socii et aequales Meleagri, victori de sue interfecto gratulantes:" nam ex Nonio intelligitur, dici paulatim coepisse Herbam do, vel porrigo, pro eo quod est Inferiorem me agnosco, etiamsi is, cui id dicebatur, non esset hostis, sed superior tantum viribus aut corporis, aut animi, aut fortunâ. Ceterum ita edidit Steph. Delr. ἀμέτρως dona tenent, nec meliore numero Scriv.: clarum constat caput, quae quid sibi velint, nescio. Mercer. ex Cujaciano MS. pro connectit dedit constitit, sed ita ut malit circumstat. Pro eodem Scal. tentabat conlustrat, Scriv. convestit, quae non melius placent quam Lipsii currum celebrant, ubi non erat currus. Sic equidem scribam:

Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt: dono, tenent
Pro se quisque, cum coronâ clarum circumstant caput.

Libri quidam, si Delrioni fides habenda est, dona et constat, quibus verbis manifesto depravatis probabilia nos substituisse mihi persuadeo. Tenent (Meleagrum) pro se quisque dictum, ut

Digitized by Google

4.

Quojus exuvias et coronam huic muneravit virgini. t. t. c.
N. de dativo, p. 499.

5.

Erat virile istuc, adversam ferre fortunam facul. i. t.
N. v. facul.

6.

Frigit fricantem corpus acuum (aerium) occulte abstruso in flumine.
N. v. frigit, p. 308.

7.

Eum suum vitae finem ac fati internecionem fore t. t. c. Meleagro, ubi torris esset interfectus flammeus.
N. v. torris.

8.

Remanet gloria apud me; exuvias dignavi Atalantae dare. t. t. c.
N. v. dignavi pro dignatus sum.

9.

Quis erit, qui non me spernens, incilans probris, i. s. Sermone indecorans, turpi famâ differet?
N. v. incilare (increpare, improbare).

ap. Ovidium Met. 8, 421: Victricemque petunt dextrae conjungere dextram. Caput clarum cum corona est. coronatum caput Meleagri. Cf. sequentia. — 5. Erat, est, ut Horat. Epist. 1, 4, 6: Non tu corpus eras sine pectore, ubi vidd. interpp. — 6. N.: Frigit correpta prima syllaba significat Erigit. Quod profecto inauditum. Vir eruditissimus apud Vossium: F. fricatque c. atrum o. a. in fl. Malim equidem: Frigerat fricatque c. atrum abstr. in fl., et ap. Nonium irrigat pro erigit. Occulte interpretis puto esse. Agitur de sue. Versus t. t. c. — 7. Delr.: Em som vitae — cum torris etc. Cum etiam Steph. et Scriv. V.: „In MSS. et Med. edit. est Cum suae vitae. Unde lego Tum suae vitae, vel Eum suae vitae, κατὰ συνέζευξιν. Eleganti vero tralatione torrem interfectum dixit pro combusto, quomodo de fracto vase dixit Aristophanes τὸ τρυβλίον τέθνηκε. Et saepe ita loquitur Plautus, inter alia Mercatore Act. 5, sc. 1:

Usus fructus, victus, cultus iam mihi harunce aedium
Interemtu'st, interfectu'st, alienatu'st, occidi.

Ac Appuleius quoque interficere virginitatem dixit." Non invitus scripserim:

Em (vel *Eum*) *vitai finem ac fati* (*d*) *internecionem sui* t. t. c.
Fore Meleagro, ubi etc.

De re cf. Ovid. Met. 8, 451. seqq. — 8. Meleagri verba, qui pelle apri Calydonii Atalantam donavit, teste Hygino fab. 174, et Ovidio Met. 8, 425. seqq., ut monet V. — 9. Sic Althaea vindictam meditans. Cf. Ovid. l. l. 494. seqq. —

Digitized by Google

10.

Quam invita ancillans, dicto obediens viri.

N. v. ancillantur, pro serviunt.

11.

Timide eliminor clamore, simul ac nota vox ad aures accidit.

N. v. eliminare, p. 39.

12.

— Fruges prohibet pergrandescere.

N. v. grandire.

13.

Labore aut minuat itiner ingressum via.

N. v. itiner.

14.

Regina erit tempus, quum, hic torris, quem amburi vides.

N. v. torris.

10. Glossema videtur obediens. Fort.: — Quam invita dictod ancillans viri, quae pars est iambici vel trochaici. — 11. V.:

— — — *Tum inde eliminor* i. s.
Clamore, simulac vox nota aures accidit.

Vel sic: *Tum inde el.*
Cum clamore, simul ac nota vox ad a. a. t. t. c.

Equidem hoc malim:

— — — *Timido eliminor* i. s.
Clamore, simul vox nota ad auris accidit.

Althaeam dici puto, cum audiret flebiles eorum voces, qui cadavera ferebant Plexippi et Toxei. Glossema est ac. — 12. Ovid. l. l. 290. de apro:

Is modo crescenti segetes proculcat in herba;
Nunc matura metis fleturi vota coloni,
Et Cererem in spicis intercipit.

Steph. Delr. Scriv.: perhibet grandescere. — 13. V.: „Fortasses cripserat Laborem a. m. it. ingresso viae. Viae, inquit, labórem minuat proficiscenti, ut de facundo comite dici solet.“ — 14. Legi haec solent inter sequentis fabulae fragmenta. Sed V.: „Nihil,“ inquit, „certius, quam fragmentum istoc Attii continere Parcarum verba ad Althaeam, nec esse ex Melanippo, sed Meleagro; etsi aliter sit, non tantum in editis, sed etiam MStis“ etc. Dormitavit igitur hic quoque Nonius, sicut tot aliis in locis. Sic autem scripserim:

— — — *Regi namque erit* i. s.
Tempus, quod huicce torri, quem amburi vides.

Parcae apud Ovidium Met. 8, 454:

Tempora, dixerunt, eadem lignoque tibique,
O modo nata, damus.

Regi, regis filio, Meleagro. Scriptum Reginam pro Regi namque porro depravatum est, neque difficiliores explicatu reliquae a nobis factae mutationes. —

Digitized by Google

15.

Cave lassitudo poplitum cursum leves. i. s.

N. v. levare (minuere).

16.

Frigit aestas, rubore ex oculis fulgens flammeo.

N. v. frigit.

17.

Nunc si me matrem mansues misericordia i. s.
Capsit.

N. v. mansuete et mansues.

18.

Heu, cor ira fervit coecum! amentia rapior, ferorque! t. t.

N. v. fervit, pro fervet.

MENALIPPUS, vel MELANIPPA.

15. Secum haec fortasse Meleager, aprum persequens. — 17. Althaeae verba, uti ex sequentia.

Menalippus, vel *Melanippa*. Vide notata ad hujus nominis fabulam Ennianam. Delr.: „Scripsit Ennius Menalippam; Euripides Melanippum, nisi fallunt codd. et sic Critici Actiaam hanc indigetant, quae vulgo Melanippus dicitur.“ Menalippae (si sic dicenda) argumentum Amazon a Theseo capta, qua de re Pausan. in Atticis, et Plut. in Theseo; Melanippi vero ambiguum, an Tydei fratricidium, an crudelis laniatio Melanippi Thebani, de quibus Stat. lib. 7. et 8. Theb. et Pausan. in Boeoticis. Quid etiam si infelices amores Melanippi et Comaethus, de quibus Pausan. in Achaic.? Sed omnino puto, Attium et Ennium vocasse Melanippam. Sic enim Euripides vocat ap. Athenaeum lib. 12. (513, e.) et 14. (613, d.), et, qui de eâ fusius agit, Dionysium Halicarn. in Rhetoric. non semel, qui sic vocant. Aristoteles tamen vocat Μελανίππην in Poët. Notandum vero, Euripidem duas scripsisse Menalippas, unam Sapientem (Dionysio σοφὴ dicitur), de qua loquitur Aristoteles, aliam Ligatam, δεσμώτιν, nominat utroque loco Athenaeus. Sapientis argumentum ex Dionysio petendum. Ligatae quod fuerit, nescio, si non idem quod Sapientis, et differentia in eo, quod Ligata non philosophetur; vel ligatâ forte captivam Amazona exhibebat. Utram verterit Attius, non liquet.“ V. de Melanippo Thebano scriptam contendit fabulam, de quo Stat. Theb. 8, 717. seqq. „Unde,“ inquit, „discimus, ut is Tydeum letaliter vulnerarit; sed ab eo vicissim vulnus acceperit, et vivus adhuc ac spirans portatus sit ad Tydeum, qui, in mortis suae solatium, caput hostis abscissum, priusquam exspiraret, dentibus, ferae ritu, dilaniavit.“ Athen. altero loco, qui est libri 14. Εὐριπίδης ἐν Δεσμώτιδι ἢ Μελανίππῃ, altero Εὐρ. ἐν τῇ δεσμώτιδι Μελανίππῃ, quod rectius videtur Schweighaeusero. Consulendi, quos laudat vir doctissimus, Hygin. fab. 186, Strabo 6, 265, a. b. ibique Casaub., Barnes. et Musgrav. in Euripidis edd., denique Fabricius Bibl. gr. t. 1. p. 651, qui cum Grotio diversas judicat Μελανίππην τὴν σοφὴν et Μελανίππην δεσμώτιν, quas pro eadem habent Barn. et Musgr. —

Digitized by Google

1.

— Tete esse huic noxae obnoxium.
F. v. noxia pag. 285, 12. Fragm. p. 12, 21.

2.

Credite, me amici morte imbuturum manus. i. s.
N. v. imbuere, p. 521.

3.

Incuriosa itaque es, Menalippe? Rejicis abs te religionem? scrupeam imponas.
Varr. 6, p. 76. ed. Durdrecht. a. 1619.

4.

Constituit, cognovit, sensim conlocat sese in locum t. t. c. Celsum, hinc manibus rapere rodus saxeum grande et grave.
F. v. rodus, p. 452, 4. Fragm. p. 37, 8.

Fragm. 1. Perperam typotheta Dacerianus priore loco ex Melappino, recte posteriore ex Melanippa. — 2. V.: Verba videntur Tydei, minantis amicis mortem, nisi ad se ferrent caput Menalippi, a quo vulneratus erat. — 3. Varro: Scrupedam Aurelius scribit Auscaripedam. Juventius Comicus dicebat a vermiculo piloso, qui solet esse in fronde, cum multis pedibus. Valerius a pede ac scrupea. Ex eo ab Actio positum Incuriosa etc. In quibus ita scribendum puto: Scrup. Aur. scribit ab scauripeda. Scal. ponens ascaripeda, cogitansque de ἀσκαρίσι, vermibus, diversas Aurelii et Juventii miscet sententias; ceterum non ita male suadet hoc: Ex eo ab A. positum pro curiosa: itaque es in Melanippo: Rejicias abs te religionem, scrupeae imponas. „Scrupea," inquit, „ἡ δεισιδαίμων." Cui assentitur V., neque nos refragamur, nisi quod scribendum potius est Ex eo ab A. positum in Curiosa (h. e. impositum, vel usurpatum,) et Melanippa pro Melanippo. „Rejicit," inquit Scal., „a se religionem, qui omen ad alium transfert, sicut contra objicere religionem, ἐπιθεάσαι (?): nimirum ex observatione ominis δεισιδαιμονίαν incutere. Plautus Mercat. (869): Religionem illic objecit: recipiam me huc. Sic Horat. (Od. 3, 27.) religionem objicit Galateae profecturae ob omine (?): scilicet ab exemplo Europae. Sueton. dixit afferre religionem. Fuere, inquit, qui proficiscenti Othoni moras religionemque nondum conditorum anciliorum afferrent." Quae memoriter scripsit vir doctissimus: nam nihil ejusmodi Sueton. habet Oth. 8. Afferre autem religionem alii dixerunt, in quibus Cic. — 4. Ita V. Scriv. metro pessumdato in celsum locum. Libri sensit — rapere raudus (Fragm. repete roudus) s. grandem et gravem; item priore loco in Menalippo, posteriore in Melanippa. Rectius videtur Constitit. Dacer. Menalippum intelligit, qui Tydeum lapide percussit. —

Digitized by Google

5.

Neque ratum est, quod dicas, neque, quae agitas, discendi est locus. t. t. c.

F. v. ratus, p. 422, 12. Fragm. p. 42, 15.

6.

Obvia mens, idque advorsum aptus alter in promtu occupat.

N. v. aptam, p. 234.

7.

Em aliquis cette in conspectum; aut, ubi est, nos ducite. t. t. c.

N. v. cette.

8.

Est res aliqua, quae praesente his prius matura institit. t. t. c.

N. praesente vel (imo pro) praesentibus.

9.

Unde, aut qui mortalis florem liberûm invidit meum? t. t. c.

N. de numeris et cas. p. 500. Cic. Tusc. Qu. 3, 9.

10.

Egone, auxilio motus, temere ut hosti me animato obferam?

N. v. anima.

5. Scribendum censeo quod delicas. — 6. Haud inepte scripseris:

Obvia mens, famque advorsum apta est; alter in promtu occupat. t. t. c.

Recte V.: „Videtur sermo esse de Capaneo, cum inventum Menalippum in humeros conjecit, atque ad Tydeum portavit.“ Dicitur Menalippi, sic portati, mens quasi praevolare, jamque adversum Tydeum corripere, qui tamen hostem paratus occupat. Stat. 8, 752: Erigitur Tydeus, vultuque occurrit etc. Longum est aliorum adscribere conjecturas. — 7. Legitur En eum aliquis c. in c., aut nos ubi est ducite ad eum. Sed alienum istud En nihil aliud est quam Em, quod adscripto eum explicarunt, neque audiendi sunt libri, qui habent Aeneum, ex quo V. exsculpebat Aut eum. Verba sunt Tydei, Melanippum expetentis. Em in ictu positum non magis liquescit quam conspectum. Verba ad eum addititia esse, intellexit Delr. — 8. Scribamus Est r. a., quam p. h. prius maturare inst. — 9. Forte omissa haec a Maittairio. Cic.: — „Ut est in Menalippo:

Quisnam florem liberûm invidit meûm?

Male latine videtur; sed praeclare Attius: ut enim videre, sic invidere florem rectius quam flori. Nos consuetudine prohibemur; poëta jus suum tenuit, et dixit audacius.“ Ceterum sic Delr.: nam libri aut quis mort. De antiquo usu pronominis Qui pro Quis nuper Osannus monuit in Analectis criticis. — 10. Malim auxilio mactus. Verba videntur esse Menalippi, respondentis alicui hortanti, ut aggrederetur Tydeum: auxilio se ipsi fore. —

Digitized by Google

11.

Hic Menalippum inter trajectus nemorum, in salti fa-
cibus . . . t. t. c.
N. v. salti.

12.

Paratus sum ubivis petere pestem, pernicies.
N. v. pernicies, p. 219.

13.

Proh Jupiter!
F. v. pro, p. 375, 1. Fragm. p. 49, 29.

14.

Revolso stipite.
F. v. stipes, p. 527. Fr. 59.

MINOTAURUS. Vide IONIS fr. 2.

MYRMIDONES.

1.

Tu pertinaciam esse, Antiloche, hanc praedicas; i. s.
Ego pervicaciam ajo, et eâ me uti volo:
Haec fortes sequitur, illam indocti possident.

1. Male codd.: interea. Correxit V., qui Conspicit vel quippiam simile intelligendum dicit; et recte. Ambiguum vero, inquit, num sermo fuerit de Tydeo, cum primum

Ille per oppositos, longe rimatus, amarum
Astaciden,

h. e. Melanippum, vidit; an potius de Capaneo, qui primus reperit Melanippum, etc. — 12. Ita Mercerus in ordine. Vulgo perniciem. Fieri potest, ut haec dixerit Capaneus, Menalippum quaerens, vereorque, ne scribendum sit pernix (pernics, pernicis, pernicies), h. e. perseverans, a pernitendo, ut auctor est Serv. ad Georg. 3, 230. — 13. In litura haec grammaticus. — 14. Festus: — „eam silvam et..... us in *hostili* in me lactu percussit *latus* ut revolso stipite miles qui jactu valido percussit parmam." Quae explicans Scal., ut est confidens: Item, inquit, (citabatur) Attius in Menalippo, qui dixerit revolso stipite, et in Bacchis etc. Verba Regina, erit etc. posita sunt inter fragmenta Meleagri.

Myrmidones. Delr.: „Ex Aeschylo vel Sophocle." V. autem: Dubitat, inquit, Delrius, utrum Aeschylum secutus sit Attius, an Sophoclem. Sed Aeschylum duntaxat hujusce nominis fecisse fabulam, clariss. Jo. Meursii de tribus Tragicis syntagma ostendet. *Fragm.* 1. MS. Idem V.: „Eâ (fabula) narrabatur, ut Achilles, dux Myrmidonum (a quibus fabula inscribitur) ob ereptam Briseïda bello abstineret, neque ullis Graecorum precibus flecteretur. — His Achilles respondet, non tam pertinaciam esse istam, quam pervicaciam, quae laudi ducitur." Deinde monet, verba fieri ad Antilochum, Nestoris filium, de quo Homerus prodidit Il. Σ, hunc primum Achilli de morte Patrocli nuncium retulisse, quo ille accepto pertinaciam hanc, seu pervicaciam dici malis, remiserit, rursumque ad bellum sit reversus. Qui autem

Digitized by Google

Tu addis, quod vitio est; demis, quod laudi datur:
Nam pervicacem dicas me esse et vince rem.
Perfacile patior; pertinacem, nil moror.
N. v. pervicacia.

2.

Mea facta in acie obliti.
N. de accus. pro genit. p. 502.

3.

Ego, me non peccasse, plene ostendam, aut poenas subferam, t. t. c.
N. v. sufferre.

4.

Nolo equidem; sed tu huic, quem scis, quali in te siet i. s.
Fidelitate, ob fidam naturam viri
Ignosce.
N. v. fidelitas.

5.

Quodsi, ut decuit, stares mecum, aut meus te moeraret dolor, t. t. c.
Jam diu inflammari tetre naves vidissent suas.
N. v. mertaret pro merentem faceret.

6.

Classis trahere in salum, et vela ventorum animae immittere.
N. v. anima.

hic fragmentum claudunt versus duo, in libris numerantur 3. et 4, perversâ quidem ratione; legiturque et a me uti volo: Nam pervicacem dicis me esse et vincere. Recte Fruter. et ea: Vince rem posui, quemadmodum causam vincere et similia dicuntur. V. Etymol. L. L.: Pervicax quasi pervincax, quod non cesset usquedum pervicerit. — Ab antiquo Vico pro Vinco. Unde dea Vica Pota, quae dat vincere et potiri, etc. — 2. Hoc rectum, non fata, quod praebent libri. Saepius ista vocabula inter se commutata sunt, neque audiendus V., qui explicare utcunque studet fata. Recte Mercer.: „Scribe facta.“ Queritur Achilles, factorum suorum in bello Graecos oblitos esse. — 3. Verba Achillis ad Antilochum. — 4. His nescio quis, ni fallor, Antilochum, liberius locutum, excusat apud Achillem. — 5. Ald. Mercer.: Mertaret pro m. f. Sed Mediol., eâ vetustior: Moeraret, quod recte probat V., exponente Nonio moerentem faceret. „Nempe moerare,“ inquit V., „et moerere differunt, ut lactare et lactere, fugare et fugere.“ — Mediol. etiam aut meus, non haut me meus, sicut vulgo. Deinde Ald. inflammari et re, alii, in his Steph. et Delr. infl. et ardere, unde V.: infl. ardore, vel cum Mercero infl. Atridae, n. vid. s. Mercer.: „Verba sunt Achillis ad Ajacem.“ — 6. Libri: Lassis trahere etc., quod emendavit Scal. Scribamus:

— — — *Trahere in salum* i. s.
Classis et vela ventorum animae immittere.

Quod se facturum minatur iratissimus Achilles. Vid. Iliad. 9, 356 seqq.

Digitized by Google

7.

Regnum tibi permitti malunt? Cernam; tradam exercitus. t. t. c.

N. v. cernere.

8.

Iram infrenes, obstes animis, reprimas confidentiam. t. t. c.

N. v. confidentia.

9.

Tua honestitudo Danaos decepit diu. i. s.

N. v. honestitudo.

NEOPTOLEMUS.

1.

Ubi nil contra rationem aequam habuit, adsensit silens. t. t. c.

N. v. assensit.

2.

Aut quisquam potis est tolerare acritudinem? i. s.

F. v. tolerare p. 571, 11. Fragm. pag. 78, 10.

3.

Vim, ferociam, animum, atrocitatem, iram, acrimoniam. t. t. c.

N. v. acrimonia.

4.

Dolet pudetque Grajûm me et vero piget. i. s.

N. v. pudet.

5.

Decorare est satius quam urbem taeniis.

F. v. taeniae p. 557, 3. Sched. p. 91, 10.

7. Agamemnonis per legatos verba, vel imperium, si velit, Achilli cedentis. Minus recte Mercerus: „Videtur Agamemnonis esse, qui Achilli in jurgio dicat, si imperium ipsi decernatur, tum se traditurum ei exercitum.“ Nec malim, quod ille, Cernant, pro decernant. Cernam, quietus adspiciam. — 8. V.: Verba fiunt ad Achillem iratum. — 9. Libri decipit, quod vel metri indicio falsum agnoscatur. Sequor Delrionem et Scriverium. Hisce Agamemnonem increpat Achilles.

Neoptolemus. Delr.: „Cujusdam Theophili Neoptolemum adducit Athenaeus.“ Theophilus Comicus, Aristophanis aequalis, bis laudatur ab Athenaeo, 13, 560, a, et 14, 635, a, ubi et aliquot ejus fabulae versus profert. Argumentum fabulae quale fuerit, parum liquet. Vide notata ad Andromacham Ennii, Liviique Andronici et Pacuvii Hermionam. *Fragm.* 1. Recte Scriv. aequam secundum Fruterium. Libri et quam. Non liquescit vox. — 2. Vulgo affirmate, ut scribi jussit Fulv. Ursinus, Haud qu. p. e. t. acr. Agitur Neoptolemus, uti et proximo fragmento. Cf. Senecae Troadas 207 seqq. — 3. Malim ferociam animi: nam animum friget, cum sequatur iram. — 4. Verba Neoptolemi, querentis, oblitos esse Achillis meritorum Graecos. Vid. Seneca l. l. — 5. Haud male Fruter. Versim. 2, c. 5. et Grotius: Deos

Digitized by Google

6.

Sed quem mihi jungent? cui, quae cum illo fuerim, dignabor dari? i. t.

N. v. dignatus (dignus habitus).

7.

Atque adeo valvas sonare sensi regias. i. s.

N. v. sonere.

8.

Quid, si ex Graeciâ i. s.
Omni illius par nemo reperiri potest?

N. de genit. pro dativo, p. 501.

9.

Sati' jam dictum est, neque ego errantiae animi prave morigerabor. t. t.

N. v. error, p. 204.

10.

Satin' astu et fallendo callet?

N. v. callet.

11.

Ita uti dixi, macte his! armis macta virtutem patris! t. t. c.

N. v. mactare.

ornare. Intelligam autem cum deis homines comparandos, qualis fuit Achilles. Vide lexica v. deus. Sed fuit, cum hoc scriptum in autographis Attius in Neop. tumulū decorare etc. mutatum esse suspicarer in vulgatam scripturam, facili quidem ac frequenti errore litterarum, a quibus vicinae syllabae incipiebant, altera alterius posita loco; necdum poenitet conjecturae. Vide annotata ad Senecae H. f. 745, H. O. 1201. Scribendum igitur potius:

Tumulum decorare est satius quam urbem taeniis. i. s.

Tumulum patris, Achillis: nam Neoptolemi est oratio. Caecilius Androgyno apud Festum hoc ipso loco:

" *Sepulcrum plenum taeniarum, ita ut solet.*

Similiter Dacer.: „Suspicor, in versu, qui hunc praecedebat, de sepulcro locutum Attium: Satius est decorare sepulcrum taeniis quam urbem." — 6. Ita Mercer. Scriv. Depravate N.: S. q. m. j., tuique tu illo fuerint, d. d. Mercer.: „Andromachae verba sunt, quaerentis, cui eam (se) Graeci dari sint in servitutem, quae fuerit Hectoris uxor." — 8. Ita Mercerus in ordine, nec quidquam monet, ut ea scriptura pro ipsorum habenda sit codicum. Minus bene V.: Q. si ex Gr. omni illum (quorum autem?) par etc. Vulgo: Q. si ex Gr. omne nomen Ilium par etc., de quo recte V.: „Τὸ nomen κατὰ μεταθεσιν irrepsit ex omne." Dictum Andromachae de Hectore. — 9. Sic Agamemnon, nisi fallor, sermonem cum Neoptolemo abrumpens. Cf. Senecae Troad. 353. — 10. De Ulysse haec fortasse Andromacha. — 11. Libri armisque; sed addita procul dubio copula est ab aliquo interprete. Legitur etiam macte virtutem patris, unde fecerunt macte virtute p., quod in numeros incurrit;

Digitized by Google

12.

Vis veritatis atque acritas.

N. v. acritas. Gell. 13, 3.

13.

Repercutio *ratibus mare.*

F. v. rates, p. 420, 14. Fragm. 41, 36.

14.

Sed quesdam.

Prisc. 13, p. 960.

NIPTRA.

Vide notata ad 14. Neoptolemi, in fine.

NYCTEGRESIA.

1.

Lubet nunc attentare, lubet nunc animo ruspari Phrygas. i. t.

N. v. ruspari (scrutari).

2.

— Classis adeo occluditur, t. t. c.

Fervit.

N. v. fervit.

nisi quis scribendum putet virtuti pro virtute, sicut partei, portioni etc. Vide Conradi Parerg. pag. 368, Schneider. not. ad Catonem in Script. de Re rust. p. 136. Nonius: Mactare est magis augere. Virg. lib. 8: Macte nova virtute puer. Cic. Tusc. lib. 1: Macte virtute. Attius Neoptolemo: Ita etc. — 12. Scribamus cum Vossio:

— *Veritatis vis atque acritas.*

Vel potius deleamus verba vis et atque, quae glossam sapiunt. — 14. Prisc.: „Nominativum quoque pluralem (Qui pronominis) non solum in i et ae (terminabant vetustissimi), sed etiam in es, qui, quae, vel ques; accusativum etiam, quos, quas, vel ques, ut Pacuv. in Medo: Ques sunt isti? Cato: Quescunque Romae regnavissent. Attius in Neopt.: Sed quesdam.“ Quae leguntur h. l. apud Scriverium, verba An pro me, Dane, quiete (Andromeda, Nec quite) etc. posita sunt loco 13. fragmentorum Andromedae. Similiter illa Inde advenio in montem Oetam etc., quae vulgo habentur pro NIPTRORUM Attii fragmento, relata a nobis sunt, Scriverio Vossioque auctoribus, inter cognominis fabulae Pacuvianae reliquias.

Nyctegresia. De argumento hujus tragoediae dictum in annotatis ad Clytaemnestrae 11. (*Fragm.* 1. Libri Jube nunc utroque loco. Sed recte Mercerus, adstipulante Scriverio: Lubet etc. Ex Homeri, inquit, Nyctegersia: (Iliad. 10, 219.)

Τοῖσι δὲ καὶ μετέειπε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης·
Νέστορ, ἦ ἔτ᾽ ὀτρύνει κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ
Ἀνδρῶν δυσμενέων δῦναι στρατὸν ἐγγὺς ἐόντα
Τρώων.

— 2. N. Mercer. classis adit, occluditur, f. Vulgo: Clas-

Digitized by Google

3.

Cuncta expediho; id modo jusjurandum date. i. s.
N. v. expedibo, p. 505.

4.

Illos suapte induxit virtus; tu laudem illorum levas? t. t. c.
N. v. levare (minuere).

5.

Cujus vos tumulti causa accierim et quid parem, i. s.
Advortite.
N. v. tumulti.

6.

— Scendit hora laterum texta Volcani vorax. t. t. c.
N. v. textus.

7.

Tun', quod superest sociûm, mittis leto? An lucti poenitet? t. t. c.
N. v. lucti.

8.

Id, quod facis, gratum et grave est.
N. v. grave.

9.

An ego Ulixem obliviscar unquam, aut quemquam praeponi velim? t. t. c.
N. de accus.

sis adit, clauditur, f. V. malebat Classis aditus clauditur, f. Agitur de Hectore, in ipsam classem ingruente Graecorum. — 5. Ita V. N. mendose: — accierim, eo (accierimet) quod (quid) parum divorti (advorti); neque opus scribi cum Stephano animum advortito, vel animum advortite cum Delrione, ut versus sit t. t. c. V.: „Sunt verba Agamemnonis ad primores Graeciae, quos noctu acciverat, ut e fabulae inscriptione discimus.“ Causa nocturnae consultationis incendium classis, quod describitur sequente versu. — 6. Mercer.: „Bene docti Scandit aura. Porro ex hoc et ex aliis fragmentis apparet, Nyctegresiam Accii non ex solo Homero adumbratam esse, in cujus Nyctegersia (Iliad. lib. 10.) nihil tale: sed et ex Rheso Euripidis, et fortasse ex aliis.“ Frustra V., senarium sectatus: Sc. lat. texta aura V. v. — 7. Malim mittes. V. Achilli haec dici putat, qui isti consultationi non interfuit, perseverans quippe etiam in ira sua. Quare loqui existimandus est dux aliquis Graecorum, qui suadet reditum. Malim autem mittes. Ceterum recte V.: Poenitet, inquit, hic est parum videtur; de quo Donatus in Eun. (5, 6, 12). — 9. Verba Diomedis, speculatum ituri in castra Troianorum, et de socio assumendo interrogatus. Qui Iliad. 10, 242:

Εἰ μέν δὴ ἕταρόν γε κελεύετέ μ' αὐτὸν ἑλέσθαι,
Πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην etc.

— Verba Aut ego illum eripiam etc. quaerenda sunt in fragmentis Clytaemnestrae, illa vero, quorum hoc initium est Annos malos multosque etc. inter Andromachae Ennianae.

Digitized by Google

OENOMAUS.

1.

Fer te ante Auroram, radiorum ardentum indicem, i. s.
Cum somno in segetem agrestes cornutos cient,
Ut rorulentâs terrâs ferro rufulas
Proscindant glebas, arvoque ex molli excitent.
N. v. seges.

2.

Vos ite actutum atque opere magno edicite
Per urbem, ut omnes, qui arcem astuque adcolunt
Cives, ominibus faustis augustam adhibeant
Faventiam, ore obscoena dicta segregent.
N. vv. obscoenum (maledicum) et favor.

3.

[a] Ego, ut essem adfinis tibi, non ut te extinguerem, i. s.
Tuam petii gnatam. [b] Numero te expurgat timor.
F. v. numero et numero (cito), p. 289, 2. Fragm. p. 10, 19; N. v. numerum, p. 352.

Oenomaus. Usurpaverunt hoc argumentum e Graecis Sophocles et Euripides, sed fabulis tantum non omnino amissis. Vide Hygin. 84. etc. *Fragm.* 1. Libri Ferte et soloece agrestis, sequente autem versu ferro fidas, quod Scal. mutatum ivit in ferro roscidas, cum praecesserit rorulentas; V. in ferro et uvidas vel Ut r. ferro terras uvidas, ut rorulentas ad externo advenientem humorem pertineat, uvidas ad internum; quae profecto indigna poëtâ distinctio. Facile rufulas degeneravit in rofulas, rofidas, et neglectâ syllabâ simili in fidas. Rufulas, radiis orientis solis. Ferte plures repudiant, sed malint Fere vel Forte, cum scribendum sit disjunctim Fer te, h. e. confer te, vel Ito, ut Aeneïd. 1, 503. etc. In fine N. glebasque arvo ex molli exc., quod pridem alii emendavere. Cornutos, boves, ut cornutorum Varro de Re rust. 2, 7, 2, in ed. Schneideri. Rorulentâs terrâs antiquo more dictum pro rorulentae terrae. Cum sequente hoc fragmentum conjungere visum Delrioni. Sed verba haec videntur esse Pelopis, conscium aliquem clam infodere jubentis in stadio terriculamentum istud, de quo Pausan. Eliac. poster. c. 20. Cf. Schneideri lexic. gr. v. παράκτιος. — 2. Vulgo arcem asteumque; sed Mediol. a. astymque, Ald. arcana asteumque: unde V. arcem hanc astyque. Non elidendum arcem. Sic, nisi fallor, Oenomaus, arietem Jovi immolaturus ante curricalum: vid. Diodor. Sic. 4, c. 75. — 3. Colloquentes Pelops et Oenomaus ante cursum equorum. Hoc inter et proximum fragmentum Delr. habet suppositos illos Attio a Mureto versus, quos pro genuinis publicavit Scal. edit. Varronis de re rust., excusae a. 1575, p. 212. Sunt autem hujusmodi:

Nam si lamentis adlevaretur dolor,
Longoque fletu minueretur miseria:
Tam turpe lacrimis indulgere non foret,
Fractâque voce divûm obtestari fidem,

Digitized by Google

4.

Quemcunque institerant grumum, aut praecisum jugum. i. s.
N. v. grumus.

5.

Saxum id facit angustitatem, et sub eo saxo exuberans t. t. c.
Scatebra fluvia eradit rupem.
N. v. angustitatem.

6.

[a] Praesto etiam adsum. [b] Exprome, quid fers: nam te longo itere cerno vadere.
N. v. iteris (pro itineris).

7.

Conjugium Tisis patere ad te itiner tendere. i. s.
N. v. itiner.

Tabifica donec pectore exceaset lues,
Nunc haec neque hilum de dolore detrahunt,
Potiusque cumulum miseriis adjiciunt mali,
Et indecoram mentis mollitiem arguunt.

Quem locum Muretus expresserat e graeco Philemonis ap. Plut. Consolat. ad Apollonium, et ap. Stobaeum p. 447. edit. Grot., ut monet Fabricius Bibl. lat. lib. 4. c. 1. not. p. Similisque argumenti versibus, Trabeae Comico affictis lusit virum magnum, quos una cum istis excudi jussit Scal., sed omisit postea et fraudem ultus est hoc epigrammate:

Qui rigidae flammas evaserat ante Telosae
Rumetus, fumos vendidit ille mihi.

— 4. Non.: Grumus dicitur agger, a congerie dictus. V. Etymol. L. L. v. grumus: „Quasi gerumus. Festo grumus est terrae collectio minor tumulo. Unde in Glossis Philox. exponitur τύμβος. Itaque si Caesar, Vitruvius, scriptoresque rei rusticae“ etc. — 5. Fluvia. Malit V. fluvii, quae forma genitivi ab isto seculo abhorret, vel eluvio radit rupem. Nihil mutandum, cum prisci illi non fluvium modo dixerint, i. e. fluvium laticem, sed etiam fluviam pro aqua fluvia, ut de adjectivo illo non dubitandum esse videatur. Vid. Non. v. Fluvius, p. 207. — 6. Ita haec scripta olim fuerunt, nisi fallor:

— [a] Praesto, *jam* adsum. [b] Expromisos. i. s.
Quid fers: nam te e longo itere cerne vadere.

E longo itere, post longum iter, ex Phrygia, Tantali regno, in Elidem ad Oenonaum: nam iidem hic colloquuntur, qui fragmento 3. — 7. Delr., probante Vossio: C. Pisis petere, eo te it. t. „Pisis enim haec gesta,“ inquit Delr., „eo proci Hippodamiae gratiâ contendebant.“ Possis etiam

Conjugulum tu, sis, patere ad te itiner tendere,

quae verba fuerint Pelopis ad Oenomaum, sibi in itinere occurrentem. Conjugulum itiner, iter conjugii causa susceptum. —

Digitized by Google

8.

Atque hanc postremo solis usuram capi. i. s.
N. v. usus.

9.

Horrida honestitudo Europae principium primo ex loco.
N. v. honestitudo pro honestas.

10.

Atque ea conjecturâ auguro.
N. v. auguro.

PARIS.

Accius Pari. Frenates auri equorum adcommodant.
N. v. frenos.

PELOPIDAE.

8. Sic Oenomaus ad Pelopem, concesso cursu. Hyginus fab. 84: Oenomaus, Martis et Asteropes filius, habuit in conjugio Euareten, Acrisii filiam; ex qua procreavit Hippodamiam, virginem eximiae formae, quam nulli ideo dabat in conjugium, quod sibi responsum fuit, a genero mortem cavere. Itaque cum complures eam peterent in conjugium, simultatem constituit, se ei daturum, qui secum quadrigis certasset, victorque exisset (quod is equos aquilone velociores habuit), victus autem interficeretur etc. — 9. Dicit aliquis Oenomao, timendos esse viros honestissimos primaeque notae proceres ex Europa, qui Hippodamiam sibi expetant, si omnes spernat. Minus bene V. horridam honestitudinem interpretatur dignitatem oris in viris fortibus et strenuis. Ceterum recte: „Principium," inquit, „pro principum, ut meretricium et similia."

Paris. Ex istis Nonii verbis Hadr. Junius fabricatus est fabulam, Paridis nomine inscriptam, de qua nemo verbum. Malit itaque V.: Attius in Parer., i. e. in Parergis, quod opus Attii, soluta fortasse oratione scriptum, laudatur a Nonio in Porca; cumque hoc legatur apud Aldum Accius Impari frena thesauri equ. acc., pro thesauri cum Scaligero ponit tensarii. „Ita," inquit, „dicti, qui ducerent tensas, h. e. deorum vehicula" etc. Sed longe probabiliore conjectura Mercerus: Accius (Attius): Pars frena tersa ori equorum accommodant, nisi quod frigent tersa frena. Quare sic potius scripserim:

Pars frena texta auri ori equorum accommodant. i. s.

Scriptum frenatestauroori, mox frenatestauri, fucum fecerit librariis. Parerga ista non inepte Atejo philologo tribuit Osann. Analect. crit. p. 62.

Pelopidae. Nota historia Pelopidarum, inprimis Atrei et Thyestae, ex qua historia quid potissimum elegerit hic noster, quod in tragoediae formam redigeret, deperdita tantum non tota fabula, nescitur.

Digitized by Google

1.

Nam med ut credam ex tuo esse conceptum satu, i. s.
Ut argumenta redigunt animum et commovent.
N. v. satu.

2.

— Et te ut triplici laetarem bono.
N. v. laetare (laetificare).

3.

Cesso hinc ire et rapere lucti vestem in leto conjugis? t. t. c.
N. v. lucti pro luctus.

4.

Quinam Tantalidarum internecioni modus i. s.
Paretur, aut quaenam unquam ob mortem Myrtili
Poenis luendis dabitur satias supplici?
Cic. de Nat. d. 3, 38. Charis. 1, p. 70.

5.

Ejus serpentis squamae squalidae auro et purpura praetextae. t. t.
Gell. 2, 6. N. v. squalere (honesta re abundare).

6.

— Nec tibi me in hac gratari decet.
Serv. P. Danielis.

7.

Stimulove cor meum.
Marc. Capella lib. 3.

8.

Ubi nec Pelopidarum nomen, nec facta aut famam audiam. t. t. c.
Cic. ad Att. epist. 14, 12; 15, 11; ad Fam. 7, 28.

Fragm. 1. Ita Mercerus. Libri Nam me ut heredam. Sequente versu Mediol.: Et argumenta, qua inconstantia V. admonitus malit Tot arg. Verum satius fuerit, ita scribi: Nam mi, ut hunc credam ex t. e. c. s., Multa arg. etc., quae Thyestae Pelopia dixerit in carcere de Aegistho. Vid. Hygin. fab. 88. Scriptum honc, deinde hoc, idque expressum fuerit compendio h^{c}, quod in he mutaverint. Hinc error. — 3. Agamemnonis verba, postquam gladio se transfixit Pelopia, ejus conjux. — 4. Siletur fabulae nomen, sed recte ista huc retulit Wüstemannus. Vid. Hygin. fab. 84. etc. — 5. Ita V.: nam libri squalido. N. textae. — 8. Cic. ad Att. 15, 11: Nec Pel. facta neque famam aud. Reliquis in locis: Ubi nec Pel. nom. nec facta aud.

Digitized by Google

PERSIDAE.

1.

Satin' ut, quemcunque tribuit fortuna ordinem, i. s.
Nunquam ulla humilitas ingenium infirmat bonum?
Prisc. de metris com., p. 1325.

PHILOCTETES.

1.

Contra est eundum cautim et captandum mihi. i. s.
N. v. cautim pro caute.

2.

— — — — Lemnia, i. t.
Quis tu es mortalis, qui in deserta et tesca te adportes loca?
Varro de L. L. 6, 67 (82). F. v. tesca p. 567, 10.
Fragm. 77, 29.

Persidae. Delr.: „An idem argumentum cum Persis Aeschyli et aliorum? ut et hic Persae legendum? Scio, Persas fuisse comoediae nomen apud Graecos, ex Athenaeo; ubi luxus Persarum carpebatur; qua de re fuse Robortellus in Poëticam Aristotelis pag. 19. et 20. sed Attii hanc tragoediam ex Aeschylo fuisse reor.“ Foecundus veteris Comoediae poëta Pherecrates, ὁ Ἀττικώτατος, cujus Persas plus quam semel laudat Athen., sed quibusdam locis, velut 3, 78, d, 11, 502, a, dubitanter: Φερεκράτης ἢ ὁ πεποιηκὼς τοὺς Πέρσας. Vid. index auctorum p. 163. Athen. ed. Schweigh. Assentitur Delrioni V. *Fragm.* 1. Codd.: quem cuique. Pessime V. secundum quosdam libros, in quibus legitur Satis ut, scribendum existimat Fatis ut etc., vocabulo tribuit κατὰ συνίζησιν elato. Nota Satin', Satin' ut, pro Nonne.

Philoctetes. Delr.: „Scripsêre Aeschylus, Sophocles, Euripides, Antiphanes (?), Euphorion (?), Strattis. (Athen. 7, 327, e. Scripsit etiam Epicharmus: vid. idem 9, 371, f; 14, 628, b, ubi quidem laudatus est versus ille notissimus:

Οὐκ ἔστι (ἔντι) διθύραμβος, ὅκχ' ὕδωρ πίῃς.

Non fiet dithyrambus, si biberis aquam.) E tribus primis multa noster. Vide Conjectan. in 6. Varron. de L. L., quae me multum juverunt.“ *Fragm.* 1. Monet Scal. in annotatis ad Varronis locum, Sophoclem demum post editas Aeschyli atque Euripidis de Philoctete tragoedias se contulisse ad idem tractandum argumentum; sibique videri Attium Euripidis potius quam Sophoclis fabulam transtulisse propterea, quod annotet Triclinius, mirifice quidem in dispositione dramatis inter utrumque horum convenire, sed in hoc differre, quod apud Sophoclem Ulysses submittat Neoptolemum; apud Euripidem vero solus antrum, in quo jacebat Philoctetes, scrutetur. Ulyssis autem sine dubio esse verba Contra est etc. Deinde verba Quis tu es etc. et ejusdem Philoctetae similia in sequentibus, ad unum fieri, Ulyssem nimirum; apud Sophoclem autem plures compellari etc. Verba igitur haec Ulyssis ad Lemnum appulsi, ut quaereret abduceretque secum Philoctetem. — 2. (Festus non habet Lemnia, habet adportas.) Non scribendum, sicut vulgo, auctore Scal.:

Digitized by Google

3.

Quod te obsecro ne haec aspernabilem tetritudo mea in occulto faxit.

N. v. taetritudo.

4.

Contempla hanc sedem, in quâ ego novem hiemes saxo stratus pertuli. i. t.

N. v. contempla.

5.

Ubi horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur nives. t. t. c.

N. v. moliri; Cic. Tusc. 1, c. 28; Censorin. de Metris, p. 2726.

6.

Ubi habet? urbe, agrone?

N. v. habere (habitare).

7.

Heu, quis salsis fluctibu' mandet a. d.
Me ex sublimi vertice saxi?
Jamjam absumor: conficit animam
Vis volneris, ulceris aestus! a. paroem.

Cic. Tusc. 2, 7.

8.

— Qui jacet in lecto humido, i. s.
Quod ejulatu, questu, gemitu, fremitibus,
Resonando multum flebiles voces refert.

Cic. ib. c. 14; de Fin. b. et m. 2, 29.

Quis tu es mortalis, qui in deserta Lemnia
Et tesca te adportas loca?

Euripideae fabulae principium, a Valckenario, Piersono et nobis animi causa versificatum legitur in Opusculis nostris criticis et poëticis, quae prodierunt Berolini a. 1816, quod principium paraphrasi expressum a Dione Chrysostomo oratione 59. excudi jussit Valckenarius Diatribes in Euripidis fragmenta paginis 117. seqq. — 3. Ita Mercerus. Sed MSS., teste V., mea in inculto. Delr. et Scriv.:

Quod ted obsecro, ne istaec aspernabilem
Taetritudo mea me inculta faxit,

de verbis bene, de metro non item, quod restituas scribendo:

Quod obsecro te, ne istaec adspernabilem
Inculta faxit tetritudo me mea.

Vel incultu cum Vossio. Cf. Philoct. Soph. 225, 6, ed. Brunck. et, quos comparat Wakefieldius, 468. seqq. — 4. Vide ibidem vers. 311. seqq. Hoc proximo fragmento junxit Delr., ubi Cicero non habet Ubi, Censorinus, vel quisquis ille est, ne Horrifer quidem. Verba priora sunt Philoctetae, sicut etiam illa, quae leguntur locis 6, 8, 9, aliisque. — 6. Soph. Philoct. 22: εἴτ' ἔχει Χωρον προς αυτον τονδε etc., ubi vid. Brunck. — 8. In lecto humido. In antro, sive saxo Lemnio, ut ait Tullius. Cf. de hisce fragmentis Philoct. Soph. 742. seqq., 205. seqq.

Digitized by Google

9.

— — Pennigero, non armigero, corpore i. s.
Haec exercentur tela, abjectâ gloriâ.
Cic. Epist. ad Famil. 7, 33.

10.

Configo tardus celeres, stans volatiles, i. s.
Pro veste pinnis membra textis contegens.
Cic. de finn. 5. Censorin. de Metris, p. 2726.

11.

Praesto littora celsa. Cabirûm a. d.
Delubra tenes, mysteriaque
Pristina castis concepta sacris;
Dein Volcani templa, sub ipsis a. d.
Collibus, in quos delatu' locos
Dicitur alto ab limine coeli.
Varro de L. L. 6. p. 67.

9. Delr. secundum Scal. ad Varr. de L. L. 6, p. 67, 26. ed. Durdrecht. a. 1619:

— — — *Ingemiscimus,*
Quod haec pennigero, non armigero, corpore
Exerceantur t., a. g.

„Ita enim," inquit Scal., „disposuerat Attius, quae Cic. perturbata usurpat. Probant et illa Configo tardus etc. Primum versum augurati sumus ex Cicerone: nam apud illum non servatur lex metrica. (Cic. sic: Configebat tardus celeres, stans volantes [al. volatiles], ut ap. Attium est, pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat.) Alterum invenimus in lectionibus Censorini. (Sic enim de Philoctete Q. Smyrnaeus lib. IX.: — ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτῷ
Οἰωνῶν πτερὰ πολλὰ περὶ λεχέεσσι κέχυντο·
Ἄλλα δέ οἱ συνέραπτο ποτὶ χροΐ, χείματος ἄλκαρ
Λευγαλέου.

Ex pennis aucupiorum solere contexi munimenta corporis, scimus nos ex navigationibus Hispanorum; item ex Plutarcho de Fortunâ Alexandri: Ζῶα θηρεύοντες ἄνθρωποι, inquit, δορὰς ἐλάφων περιτίθενται, καὶ πτερωτοῖς ἀμπίσχονται, ἄγραις ἐπιχειροῦντες ὀρνίθων. Seneca epist. XC.: Non corticibus arborum pleraeque gentes tegunt corpora? non avium plumae in usum vestis conseruntur? Inde plumarium opus." — 10. Censor. contigit pro contegit, quomodo scribendum videtur et Configit versu primo. — 11. (Praeclarus locus, sed male acceptus ab editoribus, Scaligero praesertim, qui conjuncta disjungit, miscetque diversa, dum id efficiat, quod inprimis studet, ut quam plurima fragmenta constipet conglutinetque. Velut hic cum ille, quisquis est interlocutor, eadem olim Cabirorum delubra, utpote deorum antiquissimorum, dicat, quae dein Vulcano consecrata fuerint, Scal., vocem Deinde pro Varronis habens, plene distinguit post sacris, scribitque Et Volcania etc., quasi alius significetur Lemni insulae locus, qui unus est. Contraque

Digitized by Google

12.

Reciproca tendens nervo equino concita
Tela.

Varro de L. L. 6, p. 78; Serv. P. Danielis in 9. Aen.

13.

Caprigenûm trita ungulis.

Macrob. Sat. 6, 5.

14.

— — — Heu, Mulciber, i. s.
Arma ignavo es invicta fabricatus manu.

Id. ibid.

his adjungit non Naevii modo illa apud Varronem Expirante vapore etc., sed etiam Ciceroni laudata ex Attio, quae posuimus Promethei loco tertio; nec jungit tantum disjungitque haec pro lubitu, sed inutet quoque probabilitatis habita ratione nulla. Quae tamen, ex ejus sententia descripta, sic leguntur apud Delr. et Scriverium:

— — *Qui Lemni aspera*
Tesca tuere et celsa Cabirum
Delubra tenes, mysteriaque
Pristina castis c. s.

* * *

Et Volcania t. s. f.
Coll., in q. d. l.
Dic. alto ab l. coeli,
Aetnaea vi spirante, vapor
Fervidus; unde ignis mortalibus
Divtese cluet dactu' Prometheus
Clepisse dolo, poenasque Jovi
Fato expendisse suprema.

De Cabiris, quorum cultum a Pelasgis accepisse feruntur Samothraces, videndi inprimis Herodotus 2, c. 51. et Strabo 10, c. 3, eorumque interpretes; mythologorum autem eruditissimus Creuzerus. Cf. Incert. 28. — 12. V. Etymol. L. L.: „Reciprocus, παλίνδρομος ὁ πρόσω καὶ ὀπισθεν, παλίνορσος καὶ παλίβρυτος, ut exponitur in Gloss. Philox. Unde sit, docet Varro lib. 6. de L. L. (78.) Reciproca (Reciprocum), inquit, est, eum, unde quid profectum, redit eo; quod ab recipere Reciprocare fictum, aut quod poscere Procare dictum. Posterius etymon secutus Festus, cum ait: Reciprocare pro ultro citroque poscere usi sunt antiqui, quia procare est poscere. Estque hoc verum etymon: nam veteres (ut in Incitega dictum) CI κατ' ἐκτάσιν inserebant, quo vox plenius afficeret aures," etc. — 13. Adjungi haec Delr. jubet verbis Loca aspera, saxa tesca tuor, quae laudantur Festo v. Tesca, sed non Attii, quod putabat Scal., sed Ciceronis. Quare omisimus. — 14. Solutis numeris Macrob. ignavo invicta es, nec melius, secundum Aldinam, in qua legitur fabr. et manu, V.: A. ign. inv. fabr. es m. Es ante vocalem producitur more prisco, de quo Acidal. Divinat. Plaut. p. 385, Bentl. ad Terent. Eun. 3, 1, 36. etc. Dicit Philoctetes de Ulysse, Achillis adepto arma. —

Digitized by Google

15.

Quem neque tueri contra, neque adfari queas. i. s.

Id. 6, 1.

16.

Inclute, parvâ praedite patriâ, nomine celebri, a. tr.
Claroque potens pectore, Achivis classibus auctor,
Gravi' Dardaniis gentibus ultor, Laërtiade.

Apul. De deo Socr., in fine; Victorin. de orthogr. 2522; Salisber. Policr. lib. 6, c. 18.

17.

— Cui potestas si detur, tua i. s.
Cupienter malis membra discerpat suis.

N. v. cupienter.

18.

Agite ac, vulnus ne succussset gressus, caute ingredimini. t. t. c.

N. v. succussare.

19.

Phrygiam minorem esse, immanem Graeciam. i. s.

N. v. immane, p. 323.

20.

Dracontem Attius in Philoctetâ, quod utique venit a nominativo *hic draco*.

Charis. lib. 1, p. 101.

15. Contra posteriore brevi, ut ap. Manilium, Ausonium, et, qui magis huc facit, Ennium, si quidem is ille est, quod putat Scal., cujus hic versus exstat ap. Varr. de L. L. p. 67:

Quis pater aut cognatu' valet nos contra tueri?

Late apud antiquos patet systole: vide Wasii Senarium cap. 15. — 16. Sic Apul. et Victor. Alii, in his Delr. et Scriv.: classibus ductor. De metro dictum ad Pacuvii Incert. 54. — 17. Membra discerpat, Ulyssis Philoctetes. Si, quod desideratur ap. Nonium, recte additum est a Scriverio. — 18. Verba Philoctetae, dum ad navem abducitur. Cf. Soph. Philoct. 1405. — 19. Inepte Delr.: Phrygiâ minorem esse imm. Gr. Scriv., auctore Mercero: Phrygiam mitiorem esse immani Gr. At V.: „Mercerum," inquit, „et alios imperitia Nonii decepit, ut qui putârit, immanem hic poni pro crudeli. Sed contra sumitur pro ingenti, ut in illo Maronis Posuitque immania templa. Quare ἀντίθετος est inter Phrygiam exiguam et amplam Graeciam." — 20. Dracontem, δράκοντα, ut graecissabat Attius. Cf. Phoen. 11, Teleph. 9. Trach. 1, 45. Varro de L. L. 9, p. 140: Haec primo omnes [quae soluta oratione utuntur] dicebant, ut quaestorem, praetorem, sic Hectôrem, Nestôrem. Itaque Ennius ait Hectôris natum de muro [Trojano] jactari. Attius hoc in tragoediis largius a prisca consuetudine movere coepit, et ad formas graecas verborum magis revocare; [et] a quo Valerius ait:

Attius Hectôrem nollet facere, Hectora mallet.

Digitized by Google

21.

Cum ex viperino morsu venae viscerum i. s.
Veneno imbutae tetros cruciatus tenent.

Cic. Tusc. 2, 7; de Fin. b. et m. 2, 29; N. v. imbuere, p. 324.

22.

Tibi si imperasses, ego nunc non essem miser. i. s.

Quinctil. 5, 10, p. 422. ed. Burm.

PHINIDAE.

1.

Hac, ubi curvo littore latratu a. d.
Unda sub undis labunda sonit.

N. v. sonit.

2.

Simul et circum magna sonantibus a. d.
Excita saxis saeva sonando
Crepitu clangente cachinnant. a. par.

N. v. cachinnare.

21. Nonianam scripturam posui, tanquam veriorem, cum suae orationi verba poëtarum, quos laudat, accommodare soleat Cic.; unde est, quod in Tusc. Quaestionibus legitur cum E viperino morsu etc., in libro autem de Finibus b. et m. sic: Cui viperino etc. Ceterum agitur de Philoctete. — 22. Ita V. Versui refragatur lectio vulgata Si imperasses tibi: nam creticum hunc versum esse, mihi non fit verisimile. Quinctil.: Et Philocteta Paridi: Si imperasses etc. Verba Ita, ut dixi, etc, quaere Neoptolemi 11.

Phinidae. Delr.: „Fortassis sumta fabula ex Phineo (Σατυρικῷ) Sophoclis, quem Stephanus citat (laudant et alii: vide a Brunckio collecta Sophoclis fragmenta); vel Aeschyli, quem Athenaeus (10, 421. f.), a quo citatur etiam (14, 649, b.) Phineus Theopompi Comici (de quo dictum ad Pacuvii Medum).“ MSS., ut monet V., Finidis; Mediol. Fundis; Veneta Pincii Figulinis; Junian. Majus Servidis; Ald. et Steph. Phoenissis. *Fragm.* 1. Libri Hac, et debili sententia, et corrupto metro. Deinde Delr. et Scriv. habent latrans, quae videtur esse correctio alicujus de metro solliciti. Sed versus est hypermeter, nec quidquam mutandum. — 2. Plena haec ταυτολεξίας, quae sic habuisse puto in Attii pugillaribus:

— — Simul et circum,
Saeva sonantibus excita saxis,
Crepitu clangente cachinnant.

Verbo Saeva pro interpretatione adscripserunt magna, qua potestate illud legitur apud antiquos, et sonante, quod mutatum est in sonando, τῷ clangente, quae deinde, ut fit, in ordinem sunt recepta. Scriv. cachinnat. Sed rectum cachinnant, monstra, Harpyiae. Non.: Cachinnare non de risu tantum, sed et de sono vehementiore vetustas dici voluit. —

Digitized by Google

3.

Aut saepe ex humili sede sublimae evolant. i. s.
N. v. sublima, pro sublimis.

4.

Nec ulla interea finis curas datur. i. s.
F. v. finem, p. 205.

5.

Tacite tonsillas littora in lecta indite. i. s.
Paul. v. tonsillam, p. 572, 17. Fragm. 78, 4. et Fest. p. 573, 3.

6.

Salsis cruorem guttis lacrumarum lavit. i. s.
N. v. lavit, pro lavat.

7.

Abtorque proram ac sipa tortas copulas. i. s.
N. v. copulae.

8.

Quaeueat grafo tibi congenerat gentium aut generum affinitas.
N. v. congenerat.

3. Steph. Mercer.: sublima evolat. Vulgo sublimae advolant. Hic quoque sermo est de Harpyiis. — 4. Ita Mercerus. Scribendum igitur curai, metri gratia, non, ut vulgo, N. u. curas (pro curae) finis interea d. Dicitur Phinei miseria. — 5. Legitur ἀμέτρως Tacete et tons. littore (Paul. in) laeda (Fragm. laedo) edite. In scriptis fuisse dicit Dacer. inleda, vel illeda, h. e. in lecta: nam legenda sunt littora, ne naufragium faciamus. Deinde tonsillae non eduntur, sed induntur, et tralaticia est harum praepositionum inter se commutatio. Festus: Tonsillam esse Verrius palum dolatum in acumen et cuspide praeferratum [ut] existimat, quem configi in litore navis religandae causa. Cf. Isidor. lib. 19, cap. 11. v. tonsillae. Scriv. secundum Scal.: Tacete et tons. l. in laevo edite. Alii malint laeto. — 7. Legitur supra in Ald., suppa ap. Scriv. „Sed MS.," inquit V., „habet sipa, unde aliqui stipa fecere. Sed nihil mutandum. Nam sipare est jacere; unde siparium (sicut a donare donarium, a velare velarium etc., ut ait in Etymol. L. L. v. dissipare), et dissipo, insipo, obsipo. Quare assentio H. Junio, qui sipa tortas cop. interpretatur ejice funes." Malim equidem injice (malo et antennis) funes, siquidem solventium est abtorquere seu detorquere proras. — 8. Ita MS. a manu altera, a prima vero frafo vel fraso. Mediol. Ald. Quam vehat grato. V. secundum Hadr. Junium Quaeve Adrasto tibi etc., qui profecto nimius conatus. Scripserit hoc Attius: Quaeve adgravato tibi etc.; adgravato, presso ab inimicis. N.: Congenerat est adjungit, associat. Haud nolim quoque gentûm; alioqui i littera liquescit (gentjum). —

Digitized by Google

9.

Sevenis sterilem esse illius opera et medicina autumans. t. t. c.
N. v. medicinam (venenum, φάρμακον).

PHOENISSAE.

1.

Vicissitatemque imperitandi tradidit. i. s.
N. v. vicissitatem, pro vicissitudine.

2.

Ne horum discordiae et dividiae dissipent,
Disturbent, tantas et tam opimas civium
Divitias. N. v. dividae.

3.

Jussit proficisci exilium quovis gentium, i. s.
Ne scelere tuo Thebani vastescant agri.
N. v. vastescant (deserantur).

4.

Egredere, exi, effer te, elimina urbe!
N. v. eliminare (exire).

5.

Obit nunc vostra moenia; omnes saucios i. s.
Convisit, ut curentur diligentius.
N. v. saucii.

6.

Delubra coelitum, maris sanctitudines! i. s.
N. v. sanctitudo pro sanctitas.

9. Fort.: Severis (h. e. Si severis), sterile e. i. op. et m. autumant; illius, Inonis, quae tosta semina in sementem dari, curavit, ut monet V. Vid. Hygin. fab. 2. etc. Mediol. Si vengris, Jun. Maj. severus.

Phoenissae. Delr.: „Ex Euripidis Phoenissis, ut fragmentorum collatione plures jam docuerunt.“ *Fragm.* 1. Tradidit, Oedipus filiis Eteocli et Polynici. Delr. hoc cum sequente fr. copulavit, nec male. — 2. Mendose libri: Ne h. dividae et discordiae diss. et disturbent etc. Recte Steph. et Delr. dividiae. Horum, filiorum Oedipi. Malim tantas tamde opimas. — 3. Jussit, Tiresias. Vide, quem Mercerus laudat, Euripidem Phoen. 1605. seqq. Oedipo haec Creon, occisis filiis. Exilium, in exilium. — 4. Sic libri. Frustra Delr. et Scriv., senarium fabricati: Eg., exi, eff. te ex urbe, elim. Vel Creon haec quoque dicit Oedipo, vel Eteocles Polynici, sicut apud Eurip. Phoen. 625. etc. — 5. Ita Mercer. Scriv. Codd.: Ubi nunc. — 6. Libri: D. coeli tu maris sanct. Recte Scal. coelitum, idque omnes admisere. Sed elumbis versus est, nec valde placent maris sanctitudines. Saepissime a et u, itemque e et i, litterae confunduntur; itaque scribendum puto: D. coelitum ures, sanctitudines. Euripid. Phoeniss. 613:

ΠΟΛ. Ὦ θεῶν βωμοὶ πατρῴων! ΕΤ. Οὓς σὺ τορθήσων πάρει.

Delubra ipsa vocantur sanctitudines. —

Digitized by Google

7.

Inquisant ultro; a fortunâ opibusque omnibus i. s.
Desertum, abjectum, addflictum, ex animo expectorant.
N. v. expectorare.

8.

Sol, qui micantem candido curru atque equis i. s.
Flammam citatis fervido ardore explicas,
Quianam tam adverso augurio et inimico omine
Thebis radiatum lumen ostendis tuum!
Prisc. de versib. com., p. 1325.

9.

Gnatus uti tutè sceptrum poteretur patris. i. s.
N. v. potior illam rem.

10.

Ibi fas, ibi cunctam antiquam castitudinem. i. s.
N. v. castitudinem, p. 85.

11.

Ab dracontis stirpe armatâ exortus, genere antiquior. i. s.
N. v. antiquus.

12.

Quae ego cuncta fluxa in meâ re crepera comperi. i. s.
N. v. crepera res (dubia, anceps.)

8. Initium Phoenissarum Euripidis, ut monet V., sed libere versum, more poëtarum latinorum. Quianam Scriv. explicans, „I. e.," inquit, „cur. Quod qui non intellexerunt, varie interpolarunt. Legitur enim al. Quam natum, al. Quia natum, al. Quique natum." Versu postremo quod habere dicuntur quidam codd., ostentū, non, quod putat V., ostensi (Ἀκτῖν ἐφῆκας), sed fuisse censeo ostentas; idque alteri praetulerim. Vide notata ad fragm. 6. — 9. Sic libri vett. et ipse quoque Mercerus, nisi quod turbatis numeris ut legitur et potiretur. Eum morem ex antiquissimis temporibus obtinuisse Thebis dicit Eteocles, ut regnum patris redeat ad filium natu majorem; quem se morem restituere. Nam id velle mihi videtur imperfecta oratio. Delr. et Scriv.: Gnatus virtute etc. Frustra V.: Ut tuto gnatus sc. potiretur p., pejusque etiam sic: Gn. vice ut sc. p. p. — 10, Ibi, in tali regno, quod legitime a patre ad filium perveniat, et jus et omnem antiquam virtutem esse dicit Eteocles. Recte, ni fallor, V. in Etymol. L. L.: Castus censeo esse a κάζω, quod significat κοσμέω, orno, decoro, etc. Non. p. 459: Castitas et Pudicitia paria deputantur, cum sit Pudicitia ab injuria turpium libidinum libera; Castitas et ab his continens ac remota, praeterea et religiosa mundítia et puritas. — 11. Dicitur unus Spartorum, de quibus vidd. Ovid. Metam. 3, 101. seqq., Hygin. fab. 178. etc. De forma dracontis cf. Philect. 20. — 12. Libri: Qu. ego c. esse fluxa etc. Glossema, nisi quis hunc versum esse credat trochaïcum ἀκέφαλον, quod non magis placet quam Vossii ratio, verbo Cuncta novum senarium incipientis. —

Digitized by Google

18.

Num pariter videor patris vesci praemiis? i. s.
N. v. vesci (uti).

PROMETHEUS.

1.

— Tum profusus flamine hiberno gelus.
N. v. gelu; Prisc. 6, p. 685.

2.

Titanum soboles, socia nostri sanguinis, i. s.
Generata coelo, adspicite religatum asperis
Vinctumque saxis, navem ut, horrisono freto
Noctem paventes, timidi adnectunt navitae,
Saturnius me sic infixit Jupiter, —
Jovisque numen Mulcibri adscivit manus.
Hos ille cuneos fabricâ crudeli inserens
Perrupit artus; quâ miser sollertiâ
Transverberatus castrum hoc Furiarum incolo.
Jam tertio me quoque funesto die,
Tristi advolatu, aduncis lacerans unguibus
Jovis satelles pastu dilaniat fero.
Tum, jecore opimo farta et satiata adfatim,
Clangorem fundit vastum, et sublime avolans
Pinnatâ caudâ nostrum adulat sanguinem.
Cum vero adesum inflatu renovatum est jecur,
Tum rursus tetros avida se ad pastus refert.
Sic hunc custodem moesti cruciatûs alo,

18. Rectius fuerit patriis. V. Etymol. L. L. v. praemium: „Antiqui commodum utilitatemque omnem praemium vocabant; quomodo, ut Gifanius observavit, Lucretius lib. III. (969) ait:
Omnia perfructus vitai *praemia* marces.
Et initio lib. quinti, de Epicuro: — Qui talia nobis,
Pectore parta suo quaesitaque *praemia* liquit.
Itemque alibi. Hinc praemiosus pro pecunioso ap. Festum; et praemiari pro lucrari ap. Tranquillum, et fortasse praemiator pro praedone." Ad Eteoclem haec frater, regno atque ipsâ patriâ exclusus.

Prometheus. Delr.: „Conversa ex Aeschylo, teste Cicerone 2. Tusc. (10). Attii esse, Nonius in adulo (adulatio, p. 17. ed. Mercer.) et Priscianus (vid. fragm. 1.) convincunt." Etiam v. gelu N.: Attius Prometheo: Tum profusus etc. Sophoclis Prometheum laudat Schol. Pindari ad Pyth. 5, 55. *Fragm.* 1. Tum non habetur ap. Priscianum. — 2, 14. Inepte alii advolans. Merceri codd. tui mei volans, quod ipsi quoque fuisse videbatur sublime avolans; tamen in ordine habet advolans, sicut Steph. Scriv. etc. Recte Delr. avolans. Verba sublime — sanguinem laudantur Nonio v. adulatio. Adulatio, inquit, est blandimentum proprie canum etc. — 18, 19. Al.: Sic hanc — alo, Quae etc.

Digitized by Google

Qui me perenni vivum foedat miseriâ:
Namque, ut videtis, vinclis constrictus Jovis
Arcere nequeo diram volucrem a pectore.
Sic me ipse viduus pestes excipio anxias,
Amore mortis terminum anquirens mali;
Sed longe a leto numine aspellor Jovis,
Atque haec vetusta, seclis glomerata horridis,
Luctifica clades nostro infixa est corpori,
Ex quo liquatae solis ardore excidunt
Guttae, quae saxa adsidue instillant Caucasi.

Cic. 2. Tusc., 10.

3.

— Eum doctu' Prometheus a. d.
Clepsisse dolo, poenasque Jovi
Fato expendisse supremo. a. paroem.

Ibid.

4.

(Oceanus.) Atqui, Prometheu, te hoc tenere existumo, i. s.
Mederi posse rationem iracundiae.
Prom. Si quidem qui tempestivam medicinam admovens,
Non adgravescens volnus, inlidat manus.

Ibid. 3, 31.

STASIASTAE. Vide TROPAEUM.

TELEPHUS.

ss. me viduus, pristinis meis viribus orbatus. sg. Putida, si quae alia, sententia, terminum mali, h. e. mortem, quaeri amore mortis. Scribendum censeo Amari mortis terminum anquirens mali. — 3. Eum, ignem. — 4, 1. Cf. Aeschyli Prometheum 514. seqq. 4. adgravescens activa potestate accipiendum est. Haec inter et illa, quae laudantur ex Stasiastis, Steph. et ex eo Maittaire habent versus sequentes:

PUTATORIBUS.

Progredere et, ne quis latibuletur, prospice. i. s.

SOTADICORUM lib. 1.

— Non ergo aquila, ita ut hi praedicant, i. s.
Scescinderat pectus.

Priorem locum laudat N. v. Latibulet et Latibuletur pro Lateat, sed hoc modo: Publili liputatoribus: Progr., ut ne qu. lat., perspice. Scripserit igitur nescio quis Publilius, non Attius, neque hujus inserenda ista sunt reliquiis. Alterum locum proferunt Gell. 7, 9. et Prisc. 10, 890, ut probent, scescidi antiquitus dictum esse pro scidi, a scindo; nec videtur dubitari posse, quin Sotadicorum libros Attius composuerit; verum, qualescunque fuerunt isti libri, certe ad hoc genus tragoediarum et fabularum non pertinuerunt.

Telephus. Vide annotata ad Ennii fabulam cognominem.

Digitized by Google

1.

Jamjam stupido Thessala somno . . . a. d.
Pectora languentque senentque. a. paroem.
Prisc. 10, p. 887.

2.

— Nam si a me regnum Fortuna atque opes . . i. s.
Eripere quivit, at virtutem non quiit.
Macr. Sat. 6, 1.

3.

Quem ego ubi adspexi, virum memorabilem intui viderer, ni vestitus teter, moestitudo, vastitudo praedicarent hominem esse.
N. v. moestitudo, pro moestitia.

4.

— Remisque nixi properiter navem in fugam t. t. c.
Transdunt subter saxa ad laevam, quâ mons mollibat mare.
N. vv. molle, fuga, properiter.

5.

Nunc tu, in re crepera tuâ quid consili capias, vide. t. t. c.
N. v. creperus.

6.

Proin istaec tua amfer terricula, atque animum iratum comprime. t. t. c.
N. v. terricula et terriculae.

7.

Pro certo arbitrabor sortis oracla, adytus augura.
N. v. augura pro auguria.

Fragm. 1. Thessalis quid negotii sit cum Telepho, exputare non possum. — 2. Verba Telephi mendici. — 5. Verbum memorabilem, quod ferri neguit, V. corruptum arbitratus ex deorum aliquem, ita haec scribi jubet, usurpatis jambicis tetram.:

— *Quem ubi ego adspexi virum, Deorum aliquem intui*
Viderer, ni vestitus teter, moestitudo, vastitas,
Hominem esse praedicarent.

Sententiam perspexit vir clarissimus, verba non est assecutus. Equidem malim legi:

— Quem ego ubi adspexi virum! t. t. c.
Immortalem mi intui viderer, ni vestitus teter, t. t.
Moestitudo, vastitudo, praedicarent esse *hemonem.*

Quem sub ictu positum non liquescit, figurâ notissimâ. Sermo hic quoque de Telepho, honestissimo mendico. Cf. fr. 8. — 7. Augura pro auguria dictum esse hoc loco, non magis credo quam y., et potius interpunctione juvem Attium, ita scripserim P. c. arbitrabor sortis, oracla adytus, augurum.

Pro certo arbitrabor. Sortis, oracla adytus, augura. t. t. c. h. e. oracula adyti Delphici et augurum. Ita corruptum videtur augurū. Vide annotata ad Phoen. 6. Non recte V.: „Fortasse," inquit, „auguria scripsit Attius, ut extremo loco sit paeon

Digitized by Google

8.

Profecto haudquaquam est ortus mediocri satu. i. s.
N. v. satu pro semine.

9.

Qui neque, cujatis esset, unquam potuimus, i. s.
Multa erogitantes, sciscere.
N. v. cujus et cujatis.

10.

Nam etsi opertus squalitate est luctuque horrificabili. t. t. c.
N. v. squalor, p. 226.

11.

Aere atque ferro fervere, igni, insignibus i. s.
Florere.
N. v. fervere, p. 503.

12.

Nam is demum miser est, cujus nobilitas miseriae i. s.
Nobilitat.
N. v. nobile, p. 352.

13.

Quantam Tyndareo gnata et Menelai domus
Molem excitarit belli, pastorque Ilius.
Prisc. de metris com. p. 1325.

14.

Fluctī cruoris volverunt mihi.
N. v. fluctī, pro fluctus.

quartus, vel potius ut auguria κατὰ συνεκφώνησιν enuncietur." Agitur Telephus, oraculum consulturus de vulnere, quod ab Achille accepit. — 8. mediocri. Sic libri. Male Delr. et Scriv. meliori. Similis haec argumenti atque posita loco 3. — 9. Libri, Mercero teste, multa ergitantes. V. in scriptis multa, in primum editis multi esse monet, utrobique autem rogitare: quare scribendum sit Multa rogitantes sciscere. Hoc si verum est, graeco more Attius dixit multa pro multum πολλὰ δίζοντες, ut graecissabat homo. Cf. Philoct. 20. Sed potest quoque fieri, ut multū pro multa acceperint librarii, tanta praesertim a et u litterarum similitudine. Utut est, dedi scripturam Mercerianam. Ceterum hic quoque et in sequentibus agitur Telephus mendicus. — 10. Inaudito libri verbo horrificali. Emendavit V., monens, simile esse luctificabile. — 11. Corrupta. Scribamus licet: A. a. f. fervere, inque insignibus Florere. In praepositio παρέλκει, Graecorum more, de quo Gronov. ad Hercul. Oet. 960. Florere, fulgere. Virg. Aen. 7, 804: Florentes aere catervas, ubi vid. Heyn. Gell. 5, 5: Convertebatque exercitum, insignibus argenteis et aureis florentem. Cf. animadversa Lipsio et viris doctis ad Taciti illa Ann. 1, 24: neque insignibus (Fahnen, Feldbinden,) fulgentes (legiones). — 14. Volverunt, se volverunt, voluti sunt. Loquitur Telephus de immani isto vulnere, quod ei Chironis hastā intulit Achilles. Vid. Hygin. fab. 101. Verba Jamque Auroram etc. quaeres in Attii Incertis.

Digitized by Google

15.

Studiumque iteris reprime.

N. v. iteris.

TEREUS.

1.

— O suavem linguae sonitum! o dulcitas t. t. c.
Conspirantum animarum!

N. v. dulcitas.

2.

Video ego te, mulier, more multarum utier, i. s.
Ut vim contendas tuam ad majestatem viri.

N. v. contendere, p. 259.

3.

Tereus indomito more atque animo barbaro i. s.
Conspexit in eam amore vecors, flammeus,
Depositus; facinus pessimum ex dementiâ
Confingit.

N. v. deponere (desperare).

4.

Deum Cadmigenâ natum Semelâ adfare et famulanter pete. t. t. c.

N. vv. famulanter (suppliciter) et affari (rogare).

Tereus. Delr.: „Tragoediam fuisse docet Ovid. 2. Tristium eleg. 1. (389, 90.) Scripsêre graece, testibus Suida, Aristotele et Athenaeo (aliisque), Sophocles (vide ejus fragmenta), Cantharus (Athen. 3, 81, d.), Anaxandrides (Athen. 4, 166, d.; 9, 373, f.; 15, 691, a.; de poëta ipso dictum in annotatis ad Livii Tereum.), quorum duorum (sicut et Philetaeri, cujus ibidem definita aetas; de ejus Tereo adi Athenaeum 3, 106, f., 10, 430, d.) Terei comoediae fuêre, Astydamas et Carcinus. Vidi aliquando incerti auctoris Procnen, ab Academiâ Venetâ excusam.“ *Fragm.* 1. Libri Conspiratum, ex quo fecerunt Conspirantis. Iidem anima. Per compendium scripta Conspirātum anima 2. imposuisse videntur librariis. — 2. V.: „Terei verba ad Philomelam.“ Vid. Ovid. Metam. 6, 531. seqq. — 3. Libri flammeus et depositus, ut asyndeta conjungi solent ab imperitis. Male copulam omissam a Delrione restituit Scriv., nec melius Mercerus et V.: flammeo et Depositus. — 4. Libri: D. Cadmo generatum Semela, vel Devincant mone (move) natum Semelam. Egregie videtur emendasse V. secundum Delrionem, nisi quod, quisnam id facere jubeatur, aegre invenias in ista historia. Quare malim D. Cadmigenâ natum Semelâ adfari famulanter peto, quae verba fuerint Procnes, suppliciter petentis a marito Tereo, ut sibi orgiis interesse liceat Bacchicis. Vide Ovid. l. l. 587. seqq. Peto adfari, ut Statius Achill. 1, 352: arcumque animosa petebat Ferre et Amazonio connubia pellere ritu, —

Digitized by Google

5.

Atque id ego semper sic mecum agito et comparo, i. s.
Quo pacto magnam molem minuam.
N. v. comparare (constituere), p. 256.

6.

Alia hic sanctitudo est; aliud nomen et numen, Jovis. t. t. c.
N. v. sanctitudo, pro sanctitas.

7.

Famae nam nobilitas late ex stirpe praeclarâ vagat. t. t. c.
N. v. vagas pro vagaris.

8.

Novus novo dabunt advena animo audaci in medium proripit sese ferox.
N. v. ferus et ferox.

9.

Sed nisi clamâris regem, auferre puerum ab regina occupo. i. t.
N. v. occupatus.

5. Oratio abrupta; sed excidisse in fine puto miseriae, verbum tam simile praegresso minuâ, ut facile fuerit neglectum. Procne, ni fallor, haec ad sororem moerentem. Possis etiam Q. p. m. molem mei minuam mali. — 6. Ita Mercerus, tanquam ex libris suis. Alii sic: A. hic s. e., aliud et nomen et n. J. V. vel Merceri lectionem probandam esse ait, vel ponendum alid, verbum Lucretianum. Sed prior magis placet ratio, tum quia rarior est illa forma, nec fere obsoleta sectatur hoc genus poëtarum; tum praesertim quia verisimile est, aberrantibus ad sequentia oculis, librarios exarasse ejt nomen, sicut et numen. Ceterum haec Procne dixerit Philomelae sorori, audito ejus infortunio laudans sanctitatem patriae suae, Athenarum, ubi religiosius quam a Thracibus, velut Tereo, colatur nomen et numen Jovis hospitalis. Cic. de Nat. d. 1, 41: Sanctitas, inquit, est scientia colendorum deorum. — 7. Ita Grot. correxit libros, qui sic: Fama n. n. lata ex stirpe praeclare vagat, vel pr. viget, vagat, cum librarius falso perscriptum viget addito vagat emendaret; qui mos est illius nationis, improbata non expungentis, ne lituris foedentur nitidi codices. Vide animadversa ad Plaut. Aul. 28, etc. Confidenter Scriv. in ipso ordine: F., non nobilitas alta ex st., praeclare vagat. — 8. Depravata, nec juvat Merceri habitu pro dabunt, quod invasit, probante Vossio, Scriv. Recte, qui dabit: nam hoc, nisi fallor, dedit Attius:

Novu' nova dabit (t. t. c.)
Advena: animo audaci in medium proripit s. f.

Ita nutrix, vel aliquis Atheniensis, de Tereo, impotentius se gerente apud Pandionem, dum Philomelae inhiat. Nova dabit, sicut dicimus, ludum vel pugnam dare pro edere. Nova, insolita, flagitiosa, per euphemismum Atticum. — 9. Libri: Fidem per eos et nisi clamoris regem auf. ab regina occupo puerum. Hadr. Jun.: Idem (Attius) Tereo: Sed ubi clamor is, regem etc., quod arrisit Delrioni et Scriverio.

Digitized by Google

THEBAIS.

Qui ubi ad Dircaeum fontem adveniunt, mundule i. s.
Nitidantur pulvere quadrupedantum sonipedum.
N. v. nitidant (abluunt).

TRACHINIAE.

Sed recte V. monet, sic nomen quidem tragoediae restitutum esse, ceterum neque sententiae neque numerorum satis habitam rationem. Quare malit:

Set nisi clamárim regem, aut ferre ab regina occupo puerum.

„Est," (?) inquit, „iambicus quadratus. Et verba fiunt a quopiam, qui animadvertisset, Prognen filium suum interimere velle." Sed non placet nisi clamarim, — aut occupo, pro occupárim, et propius antiquae scripturae est clamaris, occupo autem positum pro occupabo, sicut usurpari solent praesentia. Animadverso periculo pueri famulus aliquis alterum jubet clamare regem, et illo morante: Sed, inquit, etc.

Thebaïs. Delr: „Scripsere Antiphanes et alii, de quibus egi olim in Adversariis. Septem ad Thebas praeter Aeschylum dedit Amphis Comicus." De hoc monitum ad Ennii Athamantem. Amphidis Septem ad Th. commemorat Athen. 7, 296, e. Praeterea notae sunt Antimachi Colophonii, Socratis aequalis, (cujus Fragmenta, una cum Epistola Frid. Aug. Wolfii, edidit Car. Adolph. Gottl. Schellenberg, Halae Sax. 1786. 8.) Thebaïs, et incerti scriptoris Θηβαΐς κυκλική, quam laudat Athen. 11, 465, e, epicum utrumque carmen. In Adversariis in Thebaïdem (Phoenissas) Senecae sic Delr.: „Thebaïdem tragoediam olim latine Attius scripsit. Heroïcis versibus graece Thebaïdea scripserunt Antimachus et Menelaus (?) Aegeus (Aegaeus), quorum imitatorem fuisse Statium Papinium suspicor: sane Antimacho non est dissimilis: utriusque enim tumor reprehenditur. Ponticus etiam, testibus Ovidio ac Propertio, hoc argumentum tractavit." Quod ad fragmentum hoc attinet tragoediae Attianae, Mercerus sic: Quin id Circaeo fonte adv. mundulae, Nit. vulgo quadripedantur soni pedum. Et in notis: „Lege de Dircaeo; item quadripedantum sonipedum, i. e. equorum. Prius Delr. tentaverat Cum e Dircaeo, neque difficile erat id nomen reperire in Thebaïde. MSS. (certe nonnulli) teste V.: Quin ubi Circaeo etc. Ipse cum prius ita scribi voluisset Quum de Dircaeo f. advenient, mundulae, Nitidatae, a vulgo (vel mundule Nitidatae, e vulgo) vi prendantur sonipedum, postea in hac conjectura acquievit, quam nos maxima ex parte secuti sumus:

Dein ad Dircaeum fontem adveniunt, mundule
Nitidantur pulvere quadr. son.

Priorem suam lectionem referebat ad raptum virginum; (qua sententia similiter nos olim: Cum de D. f. advenient mundulae, Nitidae, tum vulgo praepediantur sonipedum, quia Ald. et vett. edd. pripendantur, praepediuntur); posteriore nos describi videtur juvenum Thebanorum.

Trachiniae. Auctor Attii Sophocles fabula cognomine. Absunt haec reliquiae a syntagmate Stephanorum, habita, ut opinor, pro Ciceronianis, non Attii.

Digitized by Google

O multa dictu gravia, perpessu aspera, i. s.
Quae corpore exantlavi atque animo pertuli!
Nec mihi Junonis terror implacabilis,
Nec tantum invexit tristis Eurystheus mali,
Quantum una vecors Oenei partu edita:
Haec me inretivit veste furiali inscium,
Quae lateri inhaerens morsu lacerat viscera,
Urgensque graviter pulmonum haurit spiritus.
Jam decolorem sanguinem omnem exsorbuit:
Sic corpus clade horribili absumtum extabuit,
Ipse inligatus peste interimor textili.
Hos non hostilis dextra, non terrâ edita
Moles Gigantum, non biformato impetu
Centaurus ictus corpori inflixit meo,
Non Graja vis, non barbara ulla immanitas,
Non saeva terris gens relegata ultimis,
Quas peragrans undique omnem hinc feritatem expuli;
Sed foeminae vir, foeminae, interimor manu.
O gnate, vere hoc nomen usurpa patri,
Nec me occidentem matris superet caritas.
Huc adripe ad me manibus abstractam piis!
Jam cernam, mene an illam potiorem putes.
Perge! aude, gnate! inlacruma patris pestibus!
Miserere: gentes nostras flebunt miserias.

Fragm. 1. Cf. Sophoclis Trach. 1046. seqq. ed. Brunck. Versu 2. minus recte alii exantlata, alii, in his Scriv., exantlato. 1, 11. Scriv. aliique alligatus. Sed V.: In optimis quibusque codd. legas illigatus, et rectius. Nam respicit poëta pestem textilem, uti hic vocat, h. e. tunicam Centauri sanguine tinctam, quam induerat Hercules. Versu 18. codd. fere: S. feminea vi, feminea interimor manu. Sed quo discrimine dicuntur foeminea vis et foeminea manus? Et modo legimus Graja vis. Atqui alii: Sed feminea vir etc. „Inepte," inquit ineptus ipse multis locis Scriverius. Sophocles Trach. 1062:

Γυνὴ δὲ, θῆλυς οὖσα, κοὐκ ἀνδρὸς φύσις
(ita G. Herm., et recte; vulgo φύσιν),
Μόνη μὲ δὴ καθεῖλε φασγάνου δίχα.

Quae proxima sunt hisce nostris, nisi quod venustius etiam Attius foeminae opponit virum. Nam scribendum quoque esse foeminae vir, ipsum metrum ostendit, vitioso illud corruptum accentu (foéminea pro foeminea) in vulgata lectione, rectumque et elegans, si nobiscum scripseris foeminae, quod repetitum vim magnum habet estque πάθους plenissimum tragici. Seneca Herc. Oet. 1178: Foemina Herculeae necis Auctor feretur. —

Digitized by Google

Heu, virginalem me ore ploratum edere,
Quem vidit nemo ulli ingemiscentem malo!
Sic foeminata virtus adflicta occidit?
Accede, gnate; adsiste; miserandum adspice,
Evisceratum, corpus lacerati patris!
Videte cuncti; tuque coelestum sator,
Jace, obsecro, in me vim coruscam fulminis!
Nunc, nunc dolorum anxiferi torquent vortices;
Nunc serpit ardor. O ante victrices manus,
O pectora, o terga, o lacertorum tori,
Vostrone pressu quondam Nemeaeus leo
Frendens efflavit graviter extremum halitum?
Haec dextra Lernam tetrâ mactatâ excetrâ
Placavit? haec bicorporem adflixit manum?
Erymanthiam haec vastificam abjecit belluam?
Haec e Tartareâ tenebricâ abstractum plagâ
Tricipitem eduxit hydrâ generatum canem?
Haec interemit tortu multiplicabili
Dracontem, auriferam obtutu observantem arborem?
Multa alia victrix nostra lustravit manus,
Nec quisquam e nostris spolia cepit laudibus.

2.

Recte perfectis sacris volt accipi.
Varr. 6, p. 79. ed. Durdr. a. 1619.

TROADES.

1.

Nocturna saxo frugem frendas torridam. i. s.
Serv. Fuldan. in Aen. 1, 178; N. v. fremere et frendere.

38. Malim Pacavit. Virg. Aen. 6, 803: Aut Erymanthi Pacarit nemora etc. Bicorp. manum, Centaurorum. 43. Dracontem Scriv. Maittaire. Vulgo Draconem. Vid. Philoct. 20. — 2. Alii Rite perf. Scal.: Fabulam Varro non indicavit; sed Scal.: „Ex Attii," inquit, „Trachiniis videtur acceptum. Nam plane est ex illo (Trach. Soph. 287):

Αὐτὸν δ' ἐκεῖνον, εὖτ' ἂν ἁγνὰ θύματα
Ῥέξῃ πατρῴῳ Ζηνὶ τῆς ἁλώσεως,
Φρόνει νιν ὡς ἥξοντα."

V. ita legi vult ap. Festum: Quod fit rite, id ratum ac rectum. Ab eo Accius rite, recte perfectis sacris vult accipi: ut Attii sint verba: rite p. f., Varronis v. acc.

Troades. Delr.: „Liberius hanc ex Euripide vertit; potuit etiam nonnulla ex Aeschyli Phrygibus." *Fragm.* 1. (Serv.: Nocturnam saxo fruges franges torridas. Non.: Saxo fruges frendas, quae eodem pertinere sensit Scriv. V.: „Scribo," inquit, „Nocturnus. Nocturnus franges vel frendas, pro noctu: ut Maro de lupo dixit nocturnus obambu-

Digitized by Google

2.

Nam neque precio, neque amicitiâ, neque vi impelli, neque prece t. t. c.
Quitu' sum.

Diomed. lib. 1. p. 380.

3.

Sed utrum terrae motus, sonitusne Inferûm i. s.
Pervasit aures inter tonitra et turbines?

Prisc. 6, p. 686.

TROPAEUM, SEU STASIASTAE.

1.

Lib. I. corporare abs tergo es ausus.

N. v. corporare.

2.

Tum sibi deloi de lore hoc anima corpus liquerit.

N. v. liquidum.

3.

— — — Volnere t. t. c.
Tetro deformatum suo sibi lautum tepido sanguine.

N. v. lautum.

lat, et de Aenea matutinus agebat." Verum rectior mihi videtur Scriverii conjectura, scribi jubentis Nocturna in saxo, vel potius Nocturna saxo. Nocturnam scripsit, qui frugem invenerat in autographo; idque (τὸ frugem dico) haud dubie genuinum, itaque scribendum est torridam. Fruges, usitatius illud altero, suppositum a quovis fuit, pariterque pro interpretatione habendum est franges istud Servii, Marcello longe recentioris. — 2. Huc refert Delrio, nescio qua de causa. Idem Quita, sed Prisc. Quitus. — 3. Soloece ediderunt sonitusve. Ipsa Prisciani exemplaria, in quibus Putschianum tonitrua. Charis. 1, pag. 118: Nam et tonitra an tonitrua dici debeant, dissidetur. Hoc loco tonitrua ne versui quidem convenit.

Tropaei argumentum obscurum est. Omisit haec Delrio, quae tamen offerebant Stephani. *Fragmento* 1. Non.: Accius Stasiastis vel Tropaeo lib. I.: Corporare etc., quasi in libros fabula divideretur. Quare alii maluerunt Tropaeo Liberi, cum alibi N. Stasiastas vocet, vel Tropaeum; alii Liberos corp., neglecto numeri signo, cujus loco Ald. habet primo; V. tentabat Ibi im. (eum) corp. — 2. Sic Merterus in ordine; sed ejus libri: tum libidae deleide ore etc. Mediol. Ald.: Cum subide (Steph. subidae) delio dolore hoc animo c. l. V.:

Cum subitò ex illo dolore haec anima corpus liquerit.

Malim: Tum subito de illo dolore hoc an. c. l. — 3. Perperam N. Mercer. — labascatur lingua, mitiscat mala. Recte V., versu admonitus, labascat. Malo Steph. Delr. Scriv., alii. —

Digitized by Google

4.

— Non vides, quam turbam quosve fluctus concites? t. t. c.
N. v. turbam.

EX INCERTIS ATTII FABULIS.

1.

Neque vi tantâ est quisquam, neque tam, abundans fortunis, ferox. t. t. c.

2.

Nullum est ingenium tantum, neque cor tam ferum, i. s.
Quod non labascat linguâ, mitescat malo.
N. v. labascor.

3.

— Pervade polum, a. d.
Splendida mundi sidera binis
Continuis sex apti spoliis.
Varro de L. L. 6. p. 68. (83.)

4.

— s — — — Mystica i. s.
Ad dextram per vada vecti.
Varro ibid. p. 69. (84.)

5.

Cum virginali mundo clam patre.
F. v. mundus, p. 249, 19.

3. Mendose Varro: — sidera bigis cont. secepit spoliis. Scal.: — sid. bigis Cont. sex apti signis, divine, quod sex apti pro secepit; minus autem probabiliter de vocabulo signis mutato in spoliis, quod qui factum sit, nemo exputet; nec recte sex signa dicens, quae sunt duodecim: nam agitur Zodiacus, videnturque haec prolata ex Phaëthonte. Frustra vir sagacissimus: „Mundum aptum sex signis intelligit hoc superius hemisphaerium: nam sex altera signa sunt in inferiore.“ Ipsa monstrante sententia scripsi binis, h. e. duobus; nec mutavi spoliis, cum signa Zodiaci eleganter appellentur spolia terrarum. De quibus signis Seneca Herc. Oet. 65:

Purgata tellus omnis in coelo videt,
Quodcunque timuit: transtulit Juno feras.

— 4. Mystica, inquit Varro, a mysteriis, quae ibi in propinquis locis nobilia sunt. Dicitur fortasse Samothracia insula, quae Troja Lemnum proficiscenti ad dextram sita est, ut haec ex Philoctete fuerint prolata. Vide annotata ad ejus fabulae fragm. 11. — 5. Fest.: Ateius: Cum v. m. cl. pater. Sed Merula apud Ennium, item Scal. et Dacer. ad h. l., malunt Attius et patre; quarum mutationum posteriorem probo, prioris rationem vellem attulissent viri docti, cum et Ateji philologi et Ateji Capitonis, ICti, auctoritate non semel utatur grammaticus.

Digitized by Google

6.

Repudio ejecta ab Argis jamdudum exulop
F. v. repudium, p. 441, 15.

7.

Residuos, somno . . . .
F. v. reses, p. 443, 28.

8.

Si rite ad patr*iam sospes pervenisset*.
F. v. sospes, p. 519, 13.

9.

Jam hanc urbem ferro vastum faciet Peleus. i. s.
F. v. vastum, p. 585, 12. Festi schedae p. 93, 19.

10.

Citius Orion patefit.
Varro de L. L. 6, p. 74. (91.)

11.

— — Multis nomen a. d.
Vostrum numenque ciendo. — a. paroem.
Ibid. p. 79. (97.)

12.

Sed jam pro*pellunt caeruleum r*ates salum. i. s.
F. v. rates, p. 420, 15. Fragm. p. 41, 30.

De utroque vid. Sueton. de illustr. gramm. 10. et 22, de Atejo philologo inprimis Osann. Analect. crit. cap. 4. — 6. Medeam putant dicere, in Argis intelligentes Graeciam universam. Possis etiam accipere de Hippodamia expulsa a Pelope propter interfectum Chrysippum (vid. Hygin. fab. 85.), ut referenda sint ad Pelopidas. — 7. Scal. et eum secuti alii in ordine: Odi residuos, somno deditos atque inertes. (Operae Dacerii: incertes.) In notis Scal.: „In Attii verbis deest tale quid, deditos: resdi somno deditos. Scriptura antiqua somno pro somno.“ Sed ferri potest residuos, vel potius residuo somno: nam ita scripsisse putem Attium. Placidus in Glossis ap. Dacerium: Residuus quasi tardus. Papias ibidem: Residuus, reliquus, fatigatus, ultimus. — 8. Fest. nihil nisi hoc: Att.... rite ad patr.... Scal.: *Attius* in .... si rite ad *patriam* salvus et sospes pervenisset. Paulo modestior Dacer.: — ad patr. sospes perv. Sed neutro adjectivo indigemus, ubi sufficit rite. Virg. Aen. 10, 254: tu rite propinques, h. e. feliciter. Plautus Poen. 5, 1, 17: Deos deasque veneror, — Ut, quod de meâ re huc veni, rite venerim, etc. Scribendum itaque: Si rite ad patr. rediisset. — 9. Ex Andromache. Cf. Euripidis fabulam 758. seqq. Nota nomen Peleus τρισυλλάβως efferendum, more prisco. —

Digitized by Google

13.

Quadrurbem Athenas Attius appellavit, quod scilicet ex quatuor urbibus in unam domicilia contulerunt, Braurone, Eleusine, Piraeeo, Sunio. Fest. p. 406.

14.

Non calida latica lautus.

Prisc. 5, p. 658.

15.

Praefervido fulgore

Ardor injectus Junonis dextera ingenti incidit. t. 1. c.

Serv. Fuld. ad 2. Aen.

16.

Unde estis, nautae, huc hieme delati?

Ibidem.

17.

Quomodo nunc quidem est, non video, quo pacto ille, cui *in monte Oetaeo illatae lampades fuerint*, ut ait Accius, *in domum aeternam patris* ex illo ardore *pervenerit*.

Cic. de Nat. d. 3, 16.

18.

Imo enimvero corpus Priamo reddidi, Hectorem abstuli. t. t. c.

Cic. Tusc. Quaest. 1, 44.

19.

Video sepulcra duo duorum corporum. i. s.

Cic. Orat. c. 46.

13. Rectius Dacer. ad h. l.: Quadrurbem, τετράπολιν, dixerunt Oenoën, Probalinthum, Tricorytum et Marathonem, quatuor Atticae populos. Vide Meurs. de fortuna Attica. Neque quatuor tantum, sed omnino duodecim urbes in unas Athenas Theseum contraxisse tradit Strabo (lib. 9. cap. 1. pag. 242. ed. Tauchniz.) Ubi per urbes vicos intelligit. — 14. Pro calido, sicut vetustissimos in multis genera confudisse ait Prisc., „nulla significationis differentia coacti, sed sola auctoritate." — 15. V.: „Citat," inquit, „Servius Fuldanus, ut ostendat, veteres putasse; non solius Jovis esse fulmen, sed etiam Junonis. Atque addit ex Varronis lib. V. rerum humanarum, quatuor diis fulmina assignari; eosque inter Minervae etiam; atque inde esse, quod Maro in primo magni operis dicat, Ajacem Oïlei Jovis quidem fulmine, sed a Pallade esse interemtum." — 16. Verba fortasse Philoctetae ad Ulyssem ejusque socios, ad Lemnum insulam appulsos. — 17. Ita, ni fallor, haec scripsit Attius:

Ille, cui in monte Oetaeo illatae lampades
Fuere, patris pervenit in aeternam domum.

— 18. Loquitur Achilles. Hectorem, Hectoris animam ac vitam. —

Digitized by Google

20.

Mulier una duûm virûm.

Ibid.

21.

Alvus — masculine Calvus — et Aelius Cinna — et Laberius et Attius frequenter; quod magis usus celebravit. Charis. 1, p. 61.

22.

Aggulus, *aggens*, *agguilla*, *iggerunt*; in ejusmodi Graeci et Attius noster binam g scribunt, alii n et g, quod in hoc veritatem facile videre non est; similiter *agceps* et *agcora*. Varro I. de origine L. L. ap. Prisc. 1, pag. 556.

23.

Attius cum scriberet *anguis*, *agguis* ponebat. Mar. Victorin. lib. 1. cap. de Orthographia, p. 2456.

24.

Attius (?) geminatis vocalibus scribi natura longas syllabas voluit. Q. Terent. Scaurus De orthogr. p. 2255. Putsch.

25.

Fallaciloquentia, Inimicitia, Scena, Termen. Cic. de Fin. b. et m. 4, 25; Charis. 1, p. 75; Varro de L. L. 6, p. 80; et 4, p. 9.

26.

Jamque Auroram rutilare procul a. d.
Cerno.

Varro de L. L. 6, 78. (96.)

23. Ita V. Vulgo ap. Victorinum: Attius cum scriberet anguis, angueis imponebat. — 24. Scribendum censeo Atejus, et hunc locum addendum illis, quos recensuit Osannus Analect. crit. pagg. [illegible] seqq. Scribere sic potuit poëta, scribi sic velle vix alius potuit quam grammaticus. — 25. Inimicitia, cum usitatius sit pluralis. Scena. Varro: „Obscaenum dictum ab scaena, vel, ut Graeci et Attius scribunt, scena.“ Ubi codd.: — ab scaena. ea ut Graeci. ut Attius scribit, scena. Termen. Varro: Hinc fines agrorum Termini, quod hae partes propter limitare iter maxime teruntur. Itaque terminus cum in Latio aliquot locis dicitur, ut apud Attium non terminus, sed Termen. hoc Graeci τέρμα. Evander enim qui venit in Palatium e Graecia, Arcas fuit. In quibus scribendum, si quid sentio: Itaque terminus cursuum in Lat. a. l. dicitur; at apud etc. Τέρμα enim terminus cursuum, seu meta. Pertinuerit haec vox ad Oenomaum. —

Digitized by Google

27.

Unde omnia perdisci ac queuntur percipi. i.

Diom. l. 1, p. 380.

28.

Gradus eliminat.

Quinctil. 8, 3, p. 689. ed. Burm.

29.

Scindens dolore identidem intonsam comam. i. s.

Cic. Tusc. 3, 26.

30.

— Multa inventa expertaque ex hoc sunt bona. t. t. c.

Prisc. l. 8, p. 793.

31.

— Quorum genitor fertur esse ops gentibus.

Prisc. 7, p. 752.

32.

An haec jam obliti sunt Phryges?

Rufin. de Metris Terent. pag. 2707.

27. Libri pessumdatis numeris: percipi queuntur. — 28. Gradus eliminat, gressus limine effert, exit domo. — 29. „Agamemnon Attianus, teste Cic." Delr. — 30. Experta ταθηντες. Senarium feceris scribendo Inventa multa. — 31. Dedit fortasse Attius generator, qua voce posita justus erit versus iambicus. Prisc.: Pro opem ferens et auxilium gentibus. Sic Cuper. Potest tamen etiam feminino genere hic (ops) intelligi figurate, conjunctum masculino, ut si dixisset: quorum genitor auxilium fuit gentibus. — 32. Ex Astyanacte, opinor. Haec, clades allatas Graecis, ab Hectore. Cf. Senecam Troad. 528. sqq. Quae praeterea hic leguntur ap. Scriverium, verba Pars frena etc., quaere in Paride; Recte perfectis etc. Trachin. 2; Custodem etc. Ionis 1; Nam neque precio etc. Troad. 2; Quinam Tantalidarum etc. Pelop. 4; Multi iniqui etc. Atrei 16; Fregistine etc. ibid. 8; Tanta moles etc. Argonaut. 1; Silvani melo etc. ibid. 3; Ecquis hoc etc. Atrei 12; et Varronis illa Hectorem, Nestorem etc. Philoct. 20. Quem autem Delr. laudat, tanquam Attii, versum istum Immune est facinus etc., Plautinus est initio Trinummi; pariterque erratum fuit, sed errore minus manifesto, in depravatis illis Oblivio lavet, quod incidit in videndum. Libri: Hinc (a videndo) Visenda, Vigilant, Pervigilium, et Invident, et Atticum (Anton. Augustinus in ed. Varronis pessime Actiacum) illud Oblivio etc. Recte, ut videtur, Scal; — et Invident, et Vitium illi obtulit, violavit; quod incidit in videndum. Stephani quoque ista Scrantiae etc. Plauti sunt fragm. Astr. 7.

Digitized by Google

TRAGICORUM RELIQUORUM

NOMENCLATOR, SECUNDUM P. SCRIVERIUM.

C. TITIUS.

Cic. Brut. c. 45.

Ejusdem fere temporis (*quo floruit L. Crassus, a L. Licinio Crasso, avo materno, testamento adoptatus, auctoribus Cic. Brut. c. 58. et Plin. H. N. 34, 13. i. e. circa a. U. C. 650. sive ante Christ. nat. 104.*) fuit eques Rom. C. TITIUS, qui meo judicio eo pervenisse videtur, quo potuit fere latinus orator sine graecis litteris et sine multo usu. Ipervenire. Hujus Orationes tantum argutiarum, tantum exemplorum, tantum urbanitatis habent, ut paene Attico stilo scriptae esse videantur. Easdem argutias in Tragoedias satis quidem ille acute, sed parum tragice transtulit. Quem studebat imitari *L. Afranius* poeta, homo perargutus, in fabulis *) etiam, ut scitis, disertus.

*) Togatis, puta, et Atellanis. Nam Tragoedias eum edidisse, meo judicio, non recte ex hoc loco Tullii colligit Delrio, qui Comicum illum celebrem tragoedias etiam composuisse vult, et inter Tragicos recenset, praeterito (quod mireris ipsomet tragico C. Titio. (Perperam eundem hunc Scriv. putat cum Titio Septimio, de quo, tum adolescente, qui poesin lyricam tragicamque affectabat, Horat. ad Florum Epist. 1, 3. Alii etiam eques Titius Septimius, vetus Flacci commilito, cui Od. 2, 6. inscripsit, et Septimius ille Severus, cujus, a Statio celebrati, Ruralia sive Opuscula laudant Terentianus Maurus, Diomedes, Sidon. Apollinaris, Non., aliique, ut monet Scriv.)

M. ATTILIUS.

A quibus tantum dissentio, ut, cum Sophocles vel optime scripserit Electram, tamen male conversam Attilii

Digitized by Google

mihi legendum [illegible] quo [illegible]. *Ferreum scriptorem; verum, opinor, scriptorem tamen.*

*) L. Licinius Calvus, ex inimico amicus factus Ciceronis. Vid. [illegible] Cicer. Epist. ad Atticum [illegible] versus hic praefertur: *Suam cuique sponsam, mihi meam; suum cuique amorem, mihi meum.* „[illegible] inquit Cicero, [illegible] rissimus."

Sueton. Caesar. cap. 84.

Inter ludos cantata sunt quaedam ad miserationem et invidiam caedis ejus accommodata, ex Pacuvii Armorum judicio:

Men' servasse, ut essent, qui me perderent!

et ex Electra ATTILII*) ad similem sententiam.

*) Attii Causaboniana editio (aliaeque). Atque in Animadversionibus, corruptam [illegible] librorum lectionem sic a se emendatam testatur. De quo poëta plura ipse ad Persium. Electrae tamen, male conversae ab Attilio ex Sophocle, meminit diserte Cic. Cui alibi Attilius [illegible] Epist. [illegible] ad Atticum. Volcatius Sedigitus in Judicio de Poëtis comicis agnoscit, et fragmenta paucula Varroni, Tullio ac Macrobio citata, soccum resipiunt, non cothurnum.

Asconius Pedianus in Ciceronis orationem pro M. Scauro (perditam illam quidem praeter fragmentum.)

Quid vero? alterum Crassum temporibus iisdem num aut clarissimi viri Julii, aut summo ingenio praeditus M. Antonius potuit sustinere? Julios cum dicit, duos Caesares fratres, Cajum et Lucium significat. Ex quibus Lucius et Praetor et Consul (A. U. 66[illegible], sive ante *Christum nat.* 65 [illegible]) fuit; Cajus Aedilitius quidem occisus est, sed tantum in civitate potuit, ut causa belli civilis contentio ejus cum Sulpicio Tribuno*) fuerit, etc. Idem inter primos temporis sui oratores et tragicus poëta bonus admodum habitus est. Hujus sunt Tragoediae, quae inscribuntur JULII. Hi autem Julii et Antonius ab satellitibus Marii sunt, cum Crassus eundem casum sua manu praevenisset.

*) Delrio ex his verbis Tragicum facit Sulpicium Trib. pl. qui tragoedias suas Julii nomine inscripserit. Falso. Apud Macrobium forsan Saturn. lib. VI. cap. V. legendum Julius in Theutrante, pro Ilius, quod nomen Latio et auribus eruditis insolens. Apud Festum quoque, Prophetas in Adrasto Julius nominat antistites fano-

Digitized by Google

rum, hic fortasse intelligendus, non Strabo Julius, de quo infra.

PUPIUS.

Horat. Epist. 1, 1, 67. et ibi Schol. antiquus.

Ut propius spectes lacrimosa poëmata Pupi.] Pupius Tragoediographus ita movit affectus spectantium, ut eos flere compelleret. inde distichon fecit:

Flebunt amici et bene noti mortem meam:
Nam populus jam me vivo lacrimavit satis.

Q. LUTATIUS CATULUS.

Dubium est, an tragoediam dederit. Alcmaeon, quae ejus creditur, Enni est. *(Vide Cic. Acad. Quaest. 4, 28.)*

C. IULIUS L. F. CAESAR STRABO, SESQUICULUS, VOPISCUS.

Q. Catuli frater uterinus. Hujus Julii, (ita creditur doctis) Adnaetum citat Festus in v. Prophetae, Max. Victorinus Tecmessam; ejusque lenitatem tragoediarum Cic. in Bruto. (cap. 48. ubi Cic.: *Sunt*, inquit, *ejus aliquot orationes, ex quibus, sicut ex ejusdem tragoediis, lenitas ejus sine nervis perspici potest. Cf. Clav. Cic., indice histor., nomine Vopiscus.*)

C. IULIUS CAESAR.

Ejus tragoedia *Oedipus* inter scripta a puero et ab adolescentulo refertur a Suetonio in Jul. Caes. cap. LVI. Dein, dicit, Dictatorem ejus laudari ab eodem; sed aliquod vulnus ibi dubiae existimat. *(Nihil ejusmodi apud Tranquillum*, qui sic l. l.: *Feruntur et a puero et ab adolescentulo quaedam scripta, ut* Laudes Herculis, *tragoedia* Oedipus, *item* Dicta collectanea; *quos omnes libellos vetuit Augustus publicari in epistola, quam brevem admodum ac simplicem ad Pompejum Macrum, cui ordinandas bibliothecas delegaverat, misit.)*

Q. CICERO.

(Marci frater.) Hic, Tullio teste et referente Delrione, tragoediam scripsit. *(Cf. laudatum Ernestio in Clavi Cic., hoc nomine, Carradum Quaest. p. 278. ed. Lips.)*

C. OCTAVIUS AUGUSTUS.

Sueton. August. cap. 85.

Tragoediam magno impetu exorsus, non succedente

Digitized by Google

stilo, abolevit; quaerentibusque amicis, quidnam Ajax ageret, respondit, Ajacem suum in spongiam incubuisse.

Suidas in acum. Y.

Αὔγουστος Καῖσαρ Ὀκταουϊανὸς, ὁ καὶ σεβαστὸς ἐπικληθεὶς, [ἔγραψε] περὶ τοῦ ἰδίου βίου καὶ τῶν πράξεων βιβλία ιγ'. (13.) καὶ τραγῳδίαν Αἴαντός τε καὶ Ἀχιλλέως ε-

L. VARIUS.

Schol. Horat. in Od. 1, 6.

L. Varius (*florens circa a. U. C. 713, sive ante Christ. natum 41.*), tragoediographus nobilis atque Eclogarum (*Porphyrio:* Elegorum) scriptor, Horatii Virgiliique contubernalis.

Et ibidem, ad illa Nec saevam Pelopis domum.

Notae sunt fabulae de Tantali genere, ex quo Pelops natus est, deinde Atreus et Thyestes, postea Orestes; quorum scelera in tragoedia descripta sunt a Vario stilo sublimi. Hinc Virg. (eclog. 9, 35.):

Nam neque adhuc Vario videor nec dicere Cinnâ
Digna.

Junius Philargyrus in Virg. eclog. 8, 10.

Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.] Asinium Pollionem intelligit, tragoediarum scriptorem, aut Varium, cujus extat Thyestes tragoedia, omnibus [Tragicis] praeferenda.

Quinctilian. Instit. orat. 10, 1.

Varii Thyestes cuilibet Graecorum comparari potest.

Scriptor Dialogi de Oratoribus c. 12.

Plures hodie reperies, qui Ciceronis gloriam, quam qui Virgilii detrectent; nec ullus Asinii aut Messalae liber tam illustris est quam Medea Ovidii, aut Varii Thyestes.

Martialis 8, 18, 5.

Sic Maro nec Calabri tentavit carmina Flacci,
Pindaricos posset cum superare modos;
Et Vario cessit Romani laude cothurni,
Cum posset tragico fortius ore loqui.

Donatus, vel quisquis ille est, Vitae Virgilii cap. 20.

Quamvis igitur multa ψευδογραφῆ, i. e., falsa inscri-

Digitized by Google

prione, sub alieno nomine sunt prolata, ut Thyestes tragoedia hujus poëtae, quam Varius edidit pro sua, etc.

Schol. Horat. ad Epist. 1, 4, 3.

Scribere, quod Cassi Parmensis opuscula vincat.] — Multi crediderunt, Thyestem Cassii Parmensis fuisse: scripserat enim multas alias tragoedias.

Vide infra (Ubi agitur iste Cassius. De Vario cf. locum Ovidii de Gracchо, item Rutgersii Venus. Lect. cap. 3, J. H. Vossium ad Virg. eclog. 9, 35, Heindorfiumque et interpp. ad Horat. Sat. 1, 5, 40; 10, 43. Vir haud ἄμουσος, Gerhardus Nicol. Heerkens, Groninganus, in Iconibus virorum illustrium, quas edidit anno 1790, multa protulit ex Tereo, tragoedia, ut sibi quidem videri dicit, Varii, sed revera, id quod non multo post innotuit, ab ipso animi causa conficta ac supposita. In annotatis autem ad hoc opusculum fuse disputat de Vario, quem 46 tragoedias scripsisse, auctore Prisciano vel aliquo veterum grammaticorum, refert. En Prologi, ex 69 versibus constantis, Senecamque redolentis, principium:

Diomedes.

Lucos et amnes desero inferni Jovis; i. s.
Ad astra mittor supera convexi poli:
Neque enim inter umbras noxius visus Furor
Est ullus aeque: Thracia heu solus potest
Explere furiis corda Diomedes. Nefas
Odisse liceat. Crimini datum est satis
Satisque sceleri: deprecor. Sontes plagas
Amare liceat. Addite ad poenas meas,
Si quid potestis, dira Furiarum agmina etc.

Vide etiam de Vario, quae monet Heerkens sub nomine Asinii Pollionis loco 2.)

GRACCHUS.

Ovidius Epist. ex Ponto 4, 16, 31.

Cum Varius Gracchusque darent fera dicta tyrannis.

Cajus Juniusne an Sempronius praenomen huic poëtae fuerit, in medium relinquo. Gracchus tantummodo duobus locis, Thyeste puta et Atalantâ, a Prisciano citatur. Apud Calpurnium de Continentiâ poëtarum lib. 2. Sempronii Graii (f. Gracchi) versus hexameter profertur. (Delrio: „Junius Gracchus, qui, auctore Terentiano, Thyestem docuit: unde Ovid.: Cum Varius etc.“ Sed de hoc altum silentium est apud Terentianum, qui, quo loco mentionem facit Caji Gracchi, pag. 2404, agit de litteris syllabisque.)

C. ASINIUS POLLIO.

Schol. Horat. ad Od. 2, 1, 9.

Paulum severae Musa tragoediae Desit theatris.]

Digitized by Google

Scribit ad Asinium Pollionem, virum consularem, poëticae et rhetoricae peritum, scribendarum etiam tragoediarum studiosum etc.

Idem ad Sat. 1, 10, 42, collato interprete Cruqu.

Pollio regum Facta canit pede ter percusso.] Pollio est optimus tragoediographus: nam tragoedia trimetris versibus fere texitur, i. e. pede ter dimenso.

[Heerkensius l. l. in annotatis ad testimonia de Vario, ubi Latinorum tragicos recenset: „Turranius," inquit, „et Gracchus illaudati; Gracchique jambus superstes tragicum haud satis spirat. Pollio laudatior, sed siccus, durus, veteres imitatus, et haud facilis postea fuerat. Terei scriptorem exercitato stylo facillimum fortemque pariter cum viderem, non potui non ad Varium respicere, quem tragoedias nobiles et complurimas, stylo igitur exercitato, scripsisse memineram. Juxtaque Martialem nullus tragico ore fortius, locutus fuerat. (Loco a nobis posito inter testimonia de Vario; sed non id dicit Martialis.) Juxtaque Ovidium fera dicta tyranni dedisse eum cum in memoria esset, non alium quam Varium Terei authorem existimare me posse credidi.")

Servius in Virg. eclog. 3, 84, ubi vid. J. H. Vossius, sicut etiam ad sequentem Maronis locum.

Blanditur Pollioni patrono, quem tragoediarum et historiarum scriptorem Horatius (Od. 2, 1.) fuisse testatur etc.

Idem in Virg. eclog. 8, 9.

En erit ut liceat totum mihi ferre per orbem Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno?] Alii ideo hoc de Pollione dictum volunt, quod et ipse utriusque linguae tragoediarum scriptor fuit.

Scriptor Dialogi de oratoribus cap. 21.

Asinius quoque, quanquam propioribus temporibus natus sit, videtur mihi inter Menenios et Appios studuisse. Pacuvium certe et Attium non solum tragoediis, sed etiam orationibus suis expressit: adeo durus et siccus est.

C. CILNIUS MAECENAS.

L. Annaeus Seneca Epist. 19.

Volo tibi hoc loco referre dictum Maecenatis, vere in ipso oculeo elocuti: *ipsa enim altitudo attonat summa.* Si quaeris, in quo libro dixerit: in eo, qui Prometheus inscribitur. Hoc voluit dicere: attonita habet summa.

Digitized by Google

Priscian. lib. 10. p. 903.

Pecto, cujus praeteritum plerique *pexui*; Asper tamen *pectivi*, Charisius *pexi* protulerunt. Maecenas in Octaviâ: *Pexisti capillum naturae muneribus gratum.*

Dubitari potest, an Octavia nomen tragoediae sit. sane versus hic tragicus non est. Sed de Prometheo ejus, tragoediam inclino fuisse. Quae majoris indaginis sunt et curae, quam ut hic excuti possint. (Delr.: „C. Cilnius Maecenas citante Seneca composuit Prometheum, et citante Prisciano Octaviam. Sed profecto vel mendosus est Priscianus, vel Octavia cujuspiam recentioris est Maecenatis. Si Melissi Maecenatis contendas, de quo grammatico Suetonius (De illustr. grammat. c. 21.) et quem Plinius*) (Hist. natur. 28, 6.) Octavianae bibliothecae ab ipso Augusto praepositum, et sexagesimo anno Jocorum libros composuisse scribit: vicissim hanc Octaviam non tragoediam, sed comoediam fuisse contendam. Hic enim Maecenas Melissus Togatarum, quas Trabeatas vocabant, primus auctor fuit, et ab Ovidio (Epist. ex Ponto 4, 16, 30.) et Acrone in album Comicorum refertur; ut et alii observarunt. Verum putarim potius Cilnii Maecenatis Octaviâ infelix M. Antonii et Octaviae matrimonium descriptum. vel non fabulam, sed quid aliud: nam constanter MSS. Prisciani lib. 10. habent Maecenas in Octaviam (Octavia)."

*) Imo Suetonius.

P. VIRGILIUS MARO.

Commentator vetus Virgilii eclog. 3, 17.

Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum Excipere insidiis?] Manifesto eum furti arguit etc. *Sane*, ut Servius dicit super hoc loco, *superfluam volunt esse allegoriam, dicentes, rem nusquam lectam de Virgilio. ajunt enim hoc: Varius tragoediarum scriptor habuit uxorem litteratissimam, cum quâ Virg. adulterium solebat admittere; cui etiam dedit scriptam tragoediam, quam illa marito dedit, tanquam a se scriptam. Hanc recitavit pro suâ Varius; quam rem Virg. dicit per allegoriam: nam tragoediae praemium caper fuit. Horatius (Art. poët. 220.):*

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.

Sed melius simpliciter accipimus etc.

(Delr., eâdem relatâ famâ: Atque hoc, inquit, occulte ab ipso Virgilio in Bucolicis illo versu [eclog. 3, 22.] significari dicunt:

Quem mea carminibus meruisset fistula caprum.

Sed sive tragoediam Maro composuit, sive non: alienam hanc a Virgilii castissimis moribus narrationem puto; et Varium potuisse suo Marte fabulam componere, Horatii et Ovidii testimonio patet.)

Digitized by Google

P. OVIDIUS NASO.

Ipse Trist. 2, 553.

Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis.

Quinctil. Instit. orat. 10, 1.

Ovidii Medea videtur mihi ostendere, quantum vir ille praestare potuerit, si ingenio suo temperare quam indulgere maluisset.

(Cf. Scriptoris de Oratoribus locum laudatum in testimoniis de Vario.)

L. Gyraldus Histor. poëtarum dial. 4, ubi agit de Ovidio.

Quae vero ingeniosissimi hujus poëtae opera perierint temporum injuriâ, haec sunt: sex Fastorum ultimi; Medeae tragoedia, quae Fabio et Tacito (*scriptore Dialogi de Orat.*) aliisque commendata plurimum. Haec hoc tempore inventa dicitur; sed falso, ut puto. Scripsit et alteram tragoediam*) ex Virgilio, de quâ sic Tertullianus Septimius quodam suo libro (*de Praescriptionibus adversus Haereticos*): *Denique*, inquit, *Ovidius etiam Medeam tragoediam ex Virgilio plenissime expressit*; quo loco agit de his, qui ex aliis auctoribus centones et nova opera concinnarent.

*) Errant cum Gyraldo et alii (in his Fabric. Bibl. lat. lib. 1. cap. 15.), qui centonis illius Virgiliani Ovidium faciunt auctorem. Alius est et diversus longe ab ingeniosissimo poëtarum. Vide specimen illius Medeae, ex Virgilianis versibus contextae sub calcem collectionis nostrae. (Ibi Scriv.: Aliis vocatur Osidius. MS. Vatican. Offidius. Videtur Hosidius scribendum etc.) Errant similiter, qui praeter illos versus, quos nos ex Medeâ recitavimus, tragoediae adscribunt duos alios, qui elegiaci sunt; meminitque eorum Seneca rhetor Controversiâ X. Quem vide et illo loco, et Suasoria 3.

TURRANIUS.

Ovid. Epist. Pont. 4, 16, 29.

Musaque Turrani tragicis innixa cothurnis.

(Incertum, quis fuerit hic poëta, aequalis Ovidii. Antiquior χρηστομαθὴς ille apud Ciceronem in epistolis ad Atticum scriptis; rursusque recentior videtur C. Turranius, quem rei frumentariae praefectum sub imperatore Glaudio scimus ex Tacito Annalium 1, 7. et 11, 31.)

CASSIUS PARMENSIS.

Schol. Horat. in Epist. 1, 4, 3.

Scribere, quod Cassi Parmensis opuscula vincat?]

Digitized by Google

Hic aliquot generibus stilum exercuit, inter quae opera Elegi et Epigrammata laudantur. Hic est, qui in partibus Cassii et Bruti tribunus mil. fuit; quibus victis Athenas se contulit. Quintus (L.) autem Varius, ab Augusto missus, ut eum interficeret, studentem reperit et, peremto eo, scrinium cum libris tulit; unde multi crediderunt, Thyestem Cassii Parmensis fuisse. scripserat enim multas alias tragoedias.

(Cf. de hoc Cassio, quos laudat Scriv., Appianum Bellorum civil. lib. 5., Valer. Maximum lib. 1. cap. 7, Orosium lib. 6, 19, qui ultimam violatae partis Caesaris victimam cecidisse ait Cassium Parmensem. Male cum hoc confundunt Cassium Severum oratorem, de quo Sueton. Calig. 16, et Cassium Etruscum, cui ingenium rapido ferventius amne tribuit Horatius Sat. 1, 10, 62. Aliis item, inquit Scriv., ab hoc videtur Cassius Severus, cujus meminit Naso in Ponticis, qui eo tempore, quo jam Parmensis ille Augusti jussu a Vario fuerat interfectus, vixit.)

CASSIUS SEVERUS.

Ovid. Epist. ex Ponto 4, 16, 9.

Quique dedit Latio carmen regale Severus.

Ibid. 4, 2, 1.

Quod legis, o vates magnorum maxime regum *),
Venit ab intonsis usque, Severe, Getis.

*) Tragicum innuit per vatem magnorum regum.

ARISTIUS FUSCUS.

Hic Pseud-Acroni ad Horat. Sat. 1, 9, 61. Tragicus, Porphyrioni Comicus, Commentatori Cruquiano grammaticus doctissimus, amicus et familiaris Horatii. Quare ex hoc albo videtur expungendus.

(Minime vero. Etiam Valerius Cato simul poëta fuit et grammaticus, ut monet Heindorf. in annotatis ad eundem locum.)

MAMERCUS [AEMILIUS] SCAURUS.

Tacitus Ann. 6, 29.

Mamercus dein Scaurus rursum postulatur, insignis nobilitate et orandis causis, vitâ probrosus. Nihil hunc amicitia Sejani, sed labefecit haud minus validum ad exitia Macronis odium, qui easdem artes occultius exercebat, detuleratque argumentum tragoediae a Scauro scriptae, additis versibus, qui in Tiberium flecterentur etc.

Digitized by Google

Dio Cassius Hist. Rom. lib. 58.

Μᾶρκος δὲ Αἰμύλιος Σκαῦρος, μήτ' ἀρχὰς τιμῶν, μήτε δωροδοκήσας, ἐάλω τε διὰ τραγῳδίαν, καὶ παθήματι δεινοτέρῳ οὐ συνέγραψε περιέπεσεν. Ἄτρεὺς μὲν τὸ ποίημα ἦν· παρῆνει δὲ τῶν ἀρχομένων τινὶ ὑπ' αὐτοῦ, κατὰ τὸν Εὐριπίδην, ἵνα τὴν τοῦ κρατοῦντος ἀβουλίαν φέρῃ. Μαθὼν οὖν τοῦτο ὁ Τιβέριος, ἐφ' ἑαυτῷ τό τε τὸ ἔπος εἰρῆσθαι ἔφη, Ἄτρεὺς διὰ τὴν μωρίαν προσποιησάμενος, καὶ ὑπειπὼν ὅτι καὶ ἐγὼ οὖν Αἴαντα αὐτὸν ποιήσω, ἀνάγκην οἱ προσήγεν αὐτοεντεὶ ἀπολέσθαι etc.

P. POMPONIUS SECUNDUS.

Quinctil. Instit. orat. 10, 1.

Eorum, quos viderim, (Tragicorum) longe princeps Pomponius Secundus, quem senes parum tragicum putabant, eruditione ac nitore praestare confitebantur.

Ibid. 8, 3.

Nam memini juvenis admodum, inter Pomponium et Senecam etiam praefationibus esse tractatum, an *gradus eliminat* apud Attium in tragoediâ dici oportuisset. At veteres ne *expectorat* quidem timuerunt. Et sane ejusdem notae est *exanimat.*

(Vid. Burm. ad utrumque locum rhetoris.)

Plinius H. N. 14, 4.

— Docuimus, referentes vitam Pomponii Secundi vatis, coenamque, quam Principi ille dedit.

(Sed is fuit L. Pomponius, hujus nostri frater major, qui consul fuit a. Christ. 17, cum Germanicus de Cheruscis etc. triumphavit. Cf. sequentia et ipsum Scriv. in fine horum testimoniorum.)

Ibid. 13, 12.

Ita sunt longinqua monumenta Tiberii Cajique Gracchorum manûs, quae apud Pomponium Secundum, vatem civemque clarissimum, vidi annos fere post ducentos.

(Vereor, ne hic quoque et sequ. loco intelligendus sit L. Pomponius, ingenio ille quoque illustri, qui Tiberio, mortuo a. Christ. 37, superstes fuit, teste Tac. Ann. 5, 8.)

Ibid. 7, 9. et ex eo Solin. c. 4.

Sed haec parva naturae insignia in multis varie cognoscuntur: ut in Antoniâ Drusi, nunquam exspuisse; in Pomponio, consulari*) poëta, nunquam ructasse.

*) Consul fuit (P. Pomponius) anno (U. C.) 782. (a Christo

Digitized by Google

50.); iterum sub Cajo (imo Claudio, qui regnare coepit a. aerae Christ. 41.) anno (U. C.) 794 (a Christo 42.)

Tacitus Ann. 11, 13.

At Claudius, matrimonii sui ignarus et munia Censoria usurpans, theatralem populi lasciviam severis edictis increpuit, quod in P. Pomponium consularem (is carmina scenae dabat) inque foeminas illustres probra jecerat.

Ibid. 12, 28.

Decretusque (L.) Pomponio triumphalis honos; modica pars famae ejus apud posteros, in quis carminum gloria praecellit.

(Fieri non potest, ut hic idem sit L. Pomponius, cujus vitam scripsit Plinius: nam Catti legatos et obsides miserunt sub Claudio a. Christ. 50, ille autem L. Pomponius, Publii frater major, Tiberio tantum superstes fuit, auctore Tac. Ann. 5, 8. Filius horum alterutrius fuerit, et velut hereditario amore poësin etiam ipse coluerit.)

Plinius nepos Epist. 7, 17.

Itaque Pomponius Secundus (hic scriptor tragoediarum) si quid forte familiarior amicus tollendum, ipsé retinendum arbitraretur: dicere solebat AD POPULUM PROVOCO; atque ita ex populi vel silentio vel assensu aut suam aut amici sententiam sequebatur.

(Cf. Epist. 5, 5, et ibi annotata a doctiss. Gierigio.)

Scriptor Dialogi de Oratoribus c. 13.

Ne nostris quidem temporibus Secundus Pomponius Afro Domitio *(oratori celebri)* vel dignitate vitae, vel perpetuitate famae cesserit.

Terentianus Maurus de versu bucolico, p. 2430.

In tragicis junxere choris hunc saepe diserti Annaeus Seneca et Pomponius ante Secundus.

Gyraldus Histor. poëtarum dial. 8.

Nos ipsi vidimus hujus Pomponii nomine tria numismata, inter quae unum posteriore parte Musam insculptam habebat, laevâ lyram, dextrâ vero plectrum tenentem; reliqua duo Musas quidem, sed diversa ab hac peragentes munia.

Alius est ab hoc poëtâ, consulatu (sed L. quoque Pomp. fuit consul: vide animadversa ad Plin. H. N. 14, 4.) et triumphalibus ornamentis (cf., quae monemus ad Tac. Ann. 12, 28.) claro, L. Pomponius, Bononiensis dictus, Atella-

Digitized by Google

narum scriptor nobilis, Ciceroni ac Senecae laudatus, et cujus grammatici plus minus XXX. fabulas referunt.

NERO CLAUDIUS CAESAR.

Mart. Anton. Delrio Prolegom. Syntagmatis tragoediae lat. p. 28.

Neronis Imp. tragoediarum Philostratus et Tacitus mentionem fecerunt.

Philostratus in Vita Apollonii Tyanei lib. 4. cap. 13. scribit de citharoedo quodam, qui coram Apollonio ad imitationem Neronis (nisi fallor) cantabat. Is igitur, ut consueverat, inquit, in sui cantus praeludio brevem de Nerone hymnum percurrens, carmina subjecit partim ex Oreste, partim ex Antigonâ et aliis passim tragoediis ipsius (i. e. a Nerone cantatos. P. H. B.), inflectens cantus male perverseque a Nerone ululatos. Et Tacit. Annali XIV. (15, 16.): Postremo ipse (Nero) scenam inscendit, multâ curâ tentans citharam et praemeditans etc. Ne tamen ludicrae tantum Imperatoris artes notescerent, carminum quoque studium affectavit, contractis, quibus aliqua pangendi facultas. Duobus his potissimum locis clariss. Delrionem impulsum puto, ut Neronem inter Tragicos retulerit. Atqui disertim hic tragoediarum Neronianarum mentionem fieri eras credo, hodie nihil. Cecinisse in scenâ habitu citharoedico Neronem, constans fama est; et saltasse eundem Creontem atque Oedipum, non obscure innuit idem Philostratus lib. 5. c. 11. Vide ibidem c. 3. et lib. 4. c. 8. Etiam Tacitum lege initio anni U. C. 817, Ann. 15, 33, de publicatâ ejus voce Neapoli. Adhibe et, praeter Dionem, Suetonium in ejus vitâ. Tradit is cap. 20, Neronem inter ceteras disciplinas pueritiae tempore imbutum et musicâ; ac statim post adeptum imperium Terpnum citharoedum, vigentem tunc praeter alios, accersiisse, etc. Annotat praeterea cap. 21, quod magni aestimarit cantare; quodque Nioben se cantaturum per Cluvium Rufum consularem pronunciarit etc. Cantasse itidem inter caeteras tragoedias, quas personatus cantavit, Canacem parturientem, Orestem matricidam, Oedipodem excaecatum, Herculem insanum. Denique c. 24. observantissimum legis scenicae refert: ut qui in quodam tragico actu elapsum manu baculum, (sceptrum puta, gestamen regis histrionici,) cito resumpserit, metu ne ob delictum certamine submoveretur. Suspicatur hoc accidisse tunc, cum Creontem vel Oedipum saltaret, ὁ Θανμάσιος Casaubonus, quia saltatos hos ambos ab Nerone meminerat ex Philostrato. Quanquam sane, ad Poëticam pronum fuisse, negari non potest. Jam Tacitum audivimus Ann. 14. Idem Ann. 15. (c. 49.) ait: Famam carminum ejus (Lucani) premebat Nero, prohibueratque ostentare, vanus assimulatione. Seneca Natur. Quaest. lib. 1, cap. 5: Ut ait Nero Caesar disertissime:

Colla Gytheriacae splendent agitata columbae.

Plinius lib. 37. cap. 3: Domitius Nero in caeteris vitae suae Poppaeae in hoc nomen adoptaverat, quodam

Digitized by Google

etiam carmine succina appellando. Martialis 8, 70. de Nervâ poëta:

Sed tamen hunc nostri scit temporis esse Tibullum,
Carmina qui docti nota Neronis habet.

Et 9, 27. de eodem:

Ipse tuas etiam veritus Nero dicitur aures,
Lascivum juvenis cum tibi lusit opus.

Diximus Neronem ad Poëticam pronum, secuti in eo Suetonium. nec enim affectatio sola fuit, quod Tacitus videtur innuere; neque aliena pro suis edidit, ut quidam putant. quod contra evincit ac redarguit ex pugillaribus libellisque cum quibusdam notissimis versibus ipsius chirographo scriptis idem Tranquillus cap. 52. Troïcorum Neronis meminerunt antiquus Virgilianus interpres Georg. 3, Juvenalis Sat. 8. et Dio fine libri 62. Nos versus ex iis quosdam legisse memininus, itemque in Vitâ vetere M. Annaei Lucani hemistichium Neronis:

Sub terris tonuisse putes.

Quantum vero modulatis carminibus et ῥυθμικαῖς ἐκβοήσεσι delectaretur Nero, satis indicant versus ejus apud Persium satira principe:

Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis etc.

De quibus ad obscurissimum illum Satirographum eruditiss., quem modo laudavimus, Casaubonus. Versus autem, quos modo innuebamus, ex Troïcis Neronis hi sunt:

Quique per erratum subductus Persida tigris
Deserit, et longo terrarum tractus hiatu
Reddit quaesitas jam non quaerentibus undas.

Legi eos apud antiquum Lucani Scholiasten MS., qui in divite bibliothecâ Pithoeanâ, tradunt fide digni viri, a quibus nos accepimus.

ANNAEUS CORNUTUS.

Vetus Persii Vita, fortasse ex Suetonio de claris poëtis.

Cum esset annorum sedecim Flaccus, amicitiâ coepit uti Annaei Cornuti philosophi, etc. Per Cornutum cognovit Annaeum etiam Lucanum aequaevum, auditorem Cornuti. Nam Cornutus illo tempore Tragicus fuit, etc.

DE L. ANNAEO SENECAE

dictum in hujus operis volumine tertio.

M. ANNAEUS LUCANUS.

Tacitus Ann. 15, 49.

Lucanum propriae causae accendebant, quod famam carminum ejus premebat Nero, prohibueratque ostentare, vanus assimulatione.

Idem Ann. 16, 17.

(Annaeus) Mela, quibus Gallio et Seneca, parentibus natus, petitione honorum abstinuerat per ambitionem praeposteram, ut eques Rom. consularibus potentiâ aequa-

Digitized by Google

retur; simul acquirendae pecuniae brevius iter credebat per procurationes, administrandis Principis negotiis. Idem *Annaeum Lucanum* genuerat, grande adjumentum claritudinis etc.

Statius in Genethliaco Lucani, Silv. 2, 7.

Tu, carus Latio, memorque gentis,
Carmen fortior exeris togatum.
Ac primum teneris adhuc in annis
Ludes Hectora Thessalosque currus.
Et supplex Priami petentis aurum,
Et sedes reserabis Inferorum.
— — — —
Dices culminibus Remi vagantes
Infandos Domini nocentis ignes etc.

Anonymus de vita Lucani, in commentario antiquissimo.

Natus est III. Non. Novemb., C. Caesare Augusto Germanico II. L. Caesiano I. Coss. etc. Dum vindictam expetit, in mortem irruit. Nam suâ sponte coactus vitâ excedere venas sibi praecidit, periitque prid. Kal. Majas, Attico Vestino et Nervâ Syllano Coss., XXVII. aetatis annum agens. *(anno aerae Christ. 65, regni Neroniani decimo.)* —

J. A. Fabricii Bibl. lat. lib. 2. cap. 10.

Deperdita Lucani sunt Catacausmus Iliacus, Catalogus Heroïdum, Hectoris lytra, Orpheus, Saturnalia, Silvarum libri X, Medea tragoedia imperfecta etc.

CURIATIUS MATERNUS.

Scriptor Dialogi de Oratoribus cap. 2.

Nam postero die quam Curiatius Maternus Catonem recitaverat, cum offendisse potentium animos diceretur, tanquam in eo tragoediae argumento, sui oblitus, tantum Catonem cogitasset etc. (*In sequentibus ipse Maternus meminit dispositae jam ab se tragoediae de Thyeste; Aper autem tangit ejus Domitium et Catonem, i. e., inquit,* nostras quoque historias et Romana nomina, Graecorum fabulis aggregata. *Rursus Materno cap. 11.* recitatione tragoediarum ingredi tamen se, auspicatum esse *dicit*, tum quidem, cum in Nerone improbam et studiorum quoque sacra profanantem Vatinii potentiam fregerit etc.)

Digitized by Google

P. PAPINIUS STATIUS.

Juvenalis Satir. 7, 82. seqq. de Statio.

Curritur ad vocem jucundam et carmen amicae
Thebaïdos, laetam fecit cum Statius urbem,
Promisitque diem: tantâ dulcedine captos
Afficit ille animos, tantâque libidine vulgi
Auditur. Sed cum fregit subsellia versu:
Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agauen.

Videtur, inquit Delrio, composuisse fabulam Agauen, et egestate pressus illam Paridi histrioni vendidisse. Mihi verba fieri videntur de recitatione Thebaïdos, accuratissimi operis etc. (Manifesto inter se opponuntur Thebaïs et Agave, neque haec vel Pentheus argumentum carminis illius heroïci, sed Fraternae acies etc. Deinde non bibliopola Paris, sed fuit histrio, ut docet idem Juvenalis satir. 6, 87, et quidem conductor gregis scenici, sicut Roscius, auctore Cicerone in oratione pro eo, Ambivius apud Terentium, aliique. Vid. eruditissimi C. A. Boettigeri Prolusio de quatuor aetatibus rei scenicae apud veteres, 1798. publicata. Ejus igitur conditionis homo cum fuerit Paris: carmen, quod ei vendidit Statius, fabula, et tragoedia quidem, recte existimata est a Delrione, siquidem allus generis poëmata non erat quod emerent histriones.)

CANIUS RUFUS.

Martialis Epigramm. 3, 20.

Dic, Musa, quid agat Canius meus Rufus?
Utrumne chartis tradit ille victuris
Legenda temporum acta Claudianorum,
An quae Neroni falsus adstruit scriptor?
An aemulatur improbi jocos Phaedri?
Lascivus elegis, an severus herois?
An in cothurnis horridus Sophocléis?

Canii hujus, Gaditani poëtae, Hispanus Epigrammatographus meminit etiam 1, 62. et 5, 64. Lege de eodem epistolam Valerii ad Rufinum inter Hieronymi.

VARRO.

Martialis 5, 30.

Varro, Sophocléo non infitiande cothurno,
Nec minus in Calabrâ suspiciende lyrâ etc.

(Neque Reatinus hic Varro, doctissimus Romanorum, neque Atacinus, clarus inprimis latine versis Apollonii Rhodii Argonauticis, obstante quippe temporum ratione. Nam M. Terentius Varro decimo ante Ciceronem anno natus est, i. e. U. C. 637, olymp. 165, 5, sive ante Christum natum 117; P. autem Te-

Digitized by Google

rentius Varro, in Gallia Narbonensi editus in lucem est anno U. C. 672, olymp. 174, 3, sive ante Christi natales 81, cum Martialis, cujus hoc carmine appellatus Varro aequalis fuit, vixerit a 40. ad 100. usque annum aerae Christianae. Vid. Ruhnkenii Epist. crit. 2. p. 199. seqq. Multo etiam minus huc pertinent alieni a litteris elegantioribus Cingonius, Licinius, Vibidius, Viselliusque Varrones, quorum mentio fit apud Tacitum. Quare addendus hic Varro catalogis Tragicorum atque poëtarum Latii.)

SCAEVA MEMOR.

Martialis 11, 10.

Clarus fronde Jovis, Romani fama cothurni,
Spirat Apelléâ redditus arte Memor.

Ibid. epigr. 11.

Contulit ad satiras ingentia pectora Turnus.
Cur non ad Memoris carmina? Frater erat.

Probus, sive alius Schol. vetus Juvenalis Sat. 1, 20.

Per quem magnus equos Auruncae flexit alumnus.] Turnum dicit, Scaevae Memoris, tragici poëtae, fratrem. Turnus hic libertini generis ad honores ambitione provectus est, potens in aula Vespasianorum Titi et Domitiani.

Horum fratrum meminit Sidon. Apollinaris Carm. 5. et Turni praeterea Martialis alibi, et Rutilius Numantianus in Itinerario (scripto a. a Christo 416, regnante Honorio). Ex Hercule Memoris infra citat versum aut ejus fragmentum Fulgentius Planciades. Vide infra. Memini, maximum Scaligerum Octavide, incertae tragoediae inter Annaeanas, auctorem dixisse aliquando hunc Memorem etc.

M. VALER. MARTIALIS.

Geleberrimus hic atque urbanissimus Epigrammatographus tentasse et tragoediam potest videri: sic enim in Tuccam quendam poëtastrum, omne genus carminis attingentem et aemulatione vanum, scribit Epigr. 12, 94:

Transtulit ad tragicos se nostra Thalia cothurnos?
Aptasti pedibus tu quoque syrma tuis.

BASSUS.

Obscurus hic et ineptus Tragicus, ficto fortassis nomine, quemadmodum et Tucca supra, Martialis epigrammate notatur 5, 53:

Colchida quid scribis, quid scribis, amice, Thyesten?
Quid tibi vel Niobe, Basse, vel Andromache?
Materia est (mihi crede) tuis aptissima chartis
Deucalion, vel, si non placet hic, Phaëthon.

Digitized by Google

Dicit, tragica ejus poëmata ejusmodi esse, ut digna sint quae aut aquis aut igne statim aboleantur. Quam poenam ineptis carminibus et alibi constituit.

TRABEAS.

Delrioni inter Tragicos habetur, non ille senior Comicus, Ciceroni et Volcatio Sedigito celebratus, sed alius recentior apud Tacitum. N. L. (Nusquam, neque apud Tacitum, neque alibi, reperio nominis ejus Tragicum.)

RUTILIUS GEMINUS.

Ejus Astyanax a Planciade Fulgentio citatur. (Eâdem pagina laudantur ejus libri Pontificales.) Praeter hunc ridiculum grammatistam nullum idoneum auctorem habemus: ita ut merito suspectus sit. Nec de aevo constat. (Tacit. Ann. 5, 1: Rubellio et Fusio Coss. [anno Christ. 29, regnante Tiberio], quorum utrique Geminus cognomentum erat, Julia Augusta mortem obiit etc. Fieri potest, ut ei nomini simile et notius Rutilii forte substitutum sit a librariis. Quanquam de scriptis Rubellii Gemini nihil memini me legere.)

CODRUS, seu CORDUS.

Schol. Juvenalis Satir. 1, 2.

Vexatus toties rauci Theseïde Codri.] Codrus hic poëta fuit vitiosus, qui tragoediam Thesei scripsit.

Codrus Virgilio bonus ac felix poëta eclog. 7, 21. seqq.

Ibi Commentator vetus.

Codrus poëta ejusdem temporis fuit, ut Valgius in Elegis suis refert.

PACCIUS. FAUSTUS. RUBRENUS LAPPA.

Juvenalis Sat. 7, 12.

Halcyonem Paccî *), Thebas et Terea Fausti.

*) Vett. libri Bacchi et Balchi. Fort. Valgi. (Satis est poni *Pacci* pro *Pacci*; idque fecimus. Commemoratur *M. Paccius* a Cicerone Epist. ad Att. 4, 16. *Titus Valgius Rufus*, de quo Horat. Od. 2, 9, Sat. 1, 10, 82, poëta quidem fuit, sed epicus elegiacusque et epigrammaticus.)

Ibid. 71.

— — Poscimus, ut sit
Non minor antiquo Rubrenus Lappa cothurno,
Cujus et alveolos et laenam pignerat Atreus.

Schol. vetus, qui Probus creditur, notat ad priorem versum, nomina fabularum esse ac malorum poëtarum, a quibus scriptae sint. Eidem Rubr. Lappa Tragicus est.

Ibid. 92.

Praefectos Pelopea facit, Philomela tribunos.

Digitized by Google

Nomina tragoediarum. Schol. Neronem sit significari, qui scenicis ob turpem libidinem haec petentibus praestabat. A quo propter hunc versum exilio punitum esse monet Satiricum.

L. ANNIUS VERUS,

Imp. cum M. Antonio.

Suspicatur Delr., eum tragoedias factitasse, ex iis, quae de illo refert Sext. Aurelius: Carminum, maxime tragicorum, studiosus; ingenii asperi atque lascivi.

LAMPRIDIUS BURDEGALENSIS.

Sidonius Apollin. Epist. 8, 11, quem vide.

Et nunc inflat epos (l. *opus.* F. H. B.) tragoediarum

OSIDIUS GETA.

Tertullian. de Praescriptionibus advers. Haereticos.

Vis hodie ex Virgilio fabulam in totum aliam componi, materiâ secundum versus, versibus secundum materiam concinnatis? Osidius Geta Medeam tragoediam ex Virgilio plenissime expressit etc.

(Ejus operis specimen vide ad calcem horum Fragmentorum.)

C. JULII

TEUTHRAS.

Flammeam per aethram late fervidam ferri facem. t. t. c.
Macrob. S. 6, 4.

C. GRANII

PELIADES.

Sonat impulsu regia cardo. a. d.
N. v. cardo genere foem.

MEMORIS (al. MEMMII)

HERCULES.

Ferte suppetias, optimi comites! 2 cr. d. c.
Fulgent. v. suppetias.

C. Julii versu ex Teuthrante pro late alii minus recte alte. — *C. Granii Pel.* Ita Jun. et Delr. Vulgo est Grajus. Scrix. — *Herculis* illius fragmentum eodem metro conscriptum est, quo Senecae Oedip. 473. sequ. etc. Mendose Fulgent.: Memos (h. e. Memor) in tragoedia Herculis etc. —

Digitized by Google

C. JULII CAESARIS STRABONIS

ADRASTUS.

Cum capita viridi lauro velare imperant i. s.
Prophetae, sancta caste qui purant loca.
F. v. prophetas, p. 385. Fr. p. 19.

G R A C C H I

THYESTES.

Mersit sequentes humidum plantis humum. i. s.
Prisc. 6, p. 719. (humum pro humus, prisce.)

ATALANTA.

O grata cardo, regium egressum indicans! i. s
Prisc. 6, p. 683.

Q. LUTATIUS CATULUS.

Vide testimonia de Tragicis minoribus.

V A R I I

THYESTES.

1.

— Jam fero infandissima; i. s.
Jam facere cogor.
Quinctil. 3, 8.

2.

Primum huic a. d.
Nervis septem est intenta fides,
Variique dati vocum moduli,
Ad quos mundi resonat tenor, in
Sua volventis se vestigia.
Mar. Victorin. Art. gramm. 1, p. 2503.

M A E C E N A T I S

OCTAVIA.

Pexisti capillum naturae muneribus gratum.
Prisc. 10, p. 903.

Adrasti loco F.: sancta ita caste. Sed ortum ita ex praegresso -cta. F.: Prophetas in Adrasto Julius nominat antistites fanorum, oraculorumque interpretes. Ita Aegyptii, teste Macrob. Sat. 7, 13, ut monet Dacer. — *Varii Thyestes.* Fragm. 1. Vox Atrei. Fragmento 2: libris Var. additi vocum modi, ad q. m. res. tenor, sua se volv. in vest. Minus recte haec disponit Rutgers. Venus. Lect. cap. 5. Omiserunt Delr. Scriv. etc. — *Maecenatis Octavia.* Vide testimonia. Scripsit fortasse: Pexti cap. naturai munere (i. s.) Gratum. Operis incerti fr. 1. ἀμέτρως legitur tympano. Graeci τυμπανον et τυπανον. Fr. 2. perperam Scriv. dedit Acheleïum, quod verbum Attilius genuino substituit ad effingendum gallambum. —

Digitized by Google

EX OPERE INCERTO.

1.

Ades, inquit, o Cybelle, fera montium dea, gall.
Ades et sonante typano quate flexibile caput;
Latus horreat flagello; comitum chorus ululet.

2.

Hîc nympha cingit omnis Acheloum senem. i. s.
Attil. Fortunatian. p. 2677.

P. OVIDII NASONIS MEDEA.

1.

Med. Servare potui: perdere an possim, rogas? i. s.
Quinctil. Instit. orat. 8, 5.

2.

Feror huc, illuc, ut plena deo. a. d.
M. Ann. Seneca Suasor. 3.

P. POMPONII SECUNDI ARMORUM JUDICIUM.

Tum prae se portant ascendibilem semitam. i. s.
Lutatius schol. in Statii Theb. 10.

ATREUS.

Nunc te obsecro, stirpem ut evolvas, meorumque notifices mihi.

N. v. notificem, nota faciam.

EX CHORIS INCERTARUM TRAGOEDIARUM.

1.

Rhotaeis procul a terris. hephthemim. dact.
Terentian. p. 2426.

2.

Priamique aras damnare pias. a. d.
Ibidem.

Pomponii versu ex *Armorum judicio* ascendibilem semitam dici scalam, monet Lutatius. Atrei fragmentum sic se habet apud Nonium Merceri. Scriv., nescio quâ fide: — meorum genus not. m. Equidem ita scribam:

— — Nunc te obsecro, t. t. c.

Stirpem ut evolvas, meorum *quaeque* notifices mihi.

Exaratum scripturâ continuâ meorumqueque; mox, omisso simili, meorumque. — *Chororum* fragmenta 1. 2. 5. male junxit Scriv. Quarto versus finiunt vocabulis chelys, quibus, nemus, flexibus, nulla sententiae habita ratione, quia Terentianus primum sic mutilatos ponit, ut facilius intelligatur, quae sit τομὴ ista bucolica. Sed deinde: Reddo, inquit, pedes binos, qui nunc desunt, tetrametro: Rursus de mu-

Digitized by Google

3.

Obrue nos Danaosque simul. hephthem. dactyl.

Ibid.

4.

Pendeat ex humeris dulcis chelys, apta choreis, hex. bucol.
Et numeros edat varios, quibus ecce! propinquum
Adsonet omne virens late nemus, arvaque juxta,
Et tortis errans qui flexibus effugit amnis.

Terentian. p. 2431. Augustin. de Musica lib. 4.

EX INCERTA FABULA.

Lamen color tatrici mutat, lacrimis i. s.
Se salsa lavitat, ulta (vulgo: *evita*) tundit dextera
Pectus. Satist. Ah blanda, fallax . . . .

Calpurn. Piso de Continentia poëtarum, ap. Merul. ad Ennii fragm. p. 308.

RUTILII (RUBELLII) GEMINI ASTYANAX.

— — Melius suggrundarium t. t. c.
Misero quaeres quam sepulcrum.

Fulgent. v. suggrundaria.

EX INCERTIS INCERTORUM TRAGOEDIIS.

1.

Cujus ipse princeps jurisjurandi fuit, i. s.
Quod omnes scitis, solus neglexit fidem:
Furere adsimulavit; ne coïret, institit.
Quod ni Palamedis perspicax prudentia

tilo redit integer. Jamque perscribit locum ita, ut hic legitur, proferens quippe exempla versuum bucolicorum, non istius eorum τομῆς. Ista Lamen etc. non possunt esse P. Pomponii Secundi, nisi animi causa scripserit, Ennii vel Pacuvii stilum imitatus. Alius hic quicunque Pomponius, et fortasse M. Pomponius, amicus C. Gracchi. Vid. Clav. Cic. Lamen color tatrici, moneute Scriv. sicut Ennius: saxo cere comminuit brum, Sempr. Gracchus: oblatam stultum est medi sperneré cinam, Lucil.: insulta miserum te quoque in me. — *Astyanactis* loco N. Mercer. quaereres, alii quereris, quesieris. Et sententiae et metro convenit quaeres, vel quaeras.

Incerti Loci. 1. pertinere videtur ad Attii Armorum judicium, uti et illud, quod proximo loco legitur. Ulyssi haec dicit Ajax. Vid. Cic.

Digitized by Google

Istiu' percepset malitiosam audaciam,
Fide sacratum jus perpetuo falleret.
Cic. de Off. 3, 26.

2.

Nunc ego te ab summo jam detexam exordio. i. s.
Rhetor. ad Herenn. 2, 27.

3.

Quia mater gravida parere se ardentem facem i. s.
Visa est in somnis Hecuba; quo facto pater
Rex ipse Priamus, somnio, mortis metu
Perculsus, curis sumtus suspirantibus,
Exsacrificabat hostiis balantibus. 5
Tum conjectorem postulat, pacem petens,
Uti se edoceat obsecrans Apollinem,
Quo sese vortant tantae sortes somniûm.
Ibi ex oraclo voce divinâ edidit
Apollo, puerum, primus Priamo qui foret 10
Postilla natus, temperaret tollere:
Eum esse exitium Trojae, pestem Pergamo.
Cic. de Div. 1, 21.

4.

Hecuba. Sed quid oculis rabere visa es derepente ardentibus? t. t. c.
Ubi paulo ante sapiens illa virginali' modestia?
Cassandra. Mater, optumatum multo mulier melior mulierum,
Missa sum superstitiosis hariolationibus,
Neque me Apollo fatis fandis dementem invitam ciet. 5
Virgines aequales, patris mei, meum factum, pudet,
Optimi viri. Mea mater, tui me miseret, mei piget.
Optumam progeniem Priamo reperisti extra me. Hoc dolet,
Med obesse, illos prodesse; me obstare, illos obsequi.
Ibidem c. 31.

3. Ex Attii Hecuba vel Troadibus. Horum versu 3. inepte legitur mentis metu; solocce 7: Ut se edoceret. Versu 3. ita Guilelm. Male legitur optuma, tum. — 4. Ex eâdem, opinor, tragoedia. Versu 4. Missa sum sup. har., conjecta sum in superstitiosas hariolationes. Casus tertius pro quarto cum praepositione; quemadmodum dicitur It clamor coelo etc. Similiter versu 5. fatis fandis, ad fanda fata. Versu 6. ἀμέτρως legitur Virgines vero aequ. Virgines jam aequales compellat vates. Meum factum, meum patrem factum esse, mulieris indignae. Meorum factorum interpretatur Cic. Orator. 46, sed fallitur. —

Digitized by Google

5.

Adest, adest fax obvoluta sanguine atque incendio! i.
Multos vos annos latuit, cives! ferte opem et restinguite
Ibidem.

6.

Jamque mari magno classis cita dactylic. t.
Texitur; exitium examen rapit;
Advenit, et fera velivolantibu'
Navibu' complevit manu' littora.
Ibidem.

7.

Heu heu, videte! judicavit inclytum i. s.
Judicium tres inter deas; quo judice
Lacaena mulier, una Furiarum, advenit.
Cic. de Div. 1, 50.

8.

Nemo pius est, qui pietatem . . . . . .
Cic. de Fin. b. et m. 2, 22.

9.

O Patrocle, ad vos adveniens auxilium et manus vestras
peto, i. t.
Priusquam oppeto pestem malam, hostili mandatam manu,
Si quâ sapientiâ mage vestrâ devitari mors potest,
Ac sanguis ullo potis est pacto profluens consistere:
Namque Aesculapî liberorum saucii opplent porticus;
Non potis accedi.
Cic. Tuscul. Quaest. 2, 16. Cf. Orator. c. 46.

5. Etiam haec vox Cassandrae ex eâdem fabulâ, uti et 6. 7. — 7. Libri et minus eleganter et nullis numeris: Eheu, vid.: jud. incl. jud. inter d. tres aliquis: quo judicio Lacedaemonia Mul., fur. una, adveniet. Vide annotata ad Enn. Hecub. 10. — 8. Deest hoc vel quippiam simile: colit infortunî metu. Nam sic ibi Cic.: „Nosti, credo, illud Nemo pius est, qui pietatem —. Cave quidquam putes esse verius: nec enim, dum metuit, justus est; et certe, si metuere destiterit, non erit.“ — 9. 10. 12. Verba Eurypyli, Euaemonis filii, de quo Homer. Il. 2, 736, Apollodor. 3, 9. etc. Ad Epinausimachen hoc fragm. et 3 sequentia recte refert Delr. — 9, 1. et 2. libri κακομέτρως: vestras manus, oppetam malam pestem mand. host. manu. (In nostra lectione malam non liquescit, figurâ notissimâ.) Deinde sic, sententiâ inceptâ: — manu; Neque sanguis u. p. est p. pr. cons., Si qua — potest. Namque etc., siquidem mors vitari non potest scilicet, ubi non datur inhibere sanguinem profluentem. Forte prius perscriptum versum Atque sanguis etc., errore intellecto, neque expungere voluit librarius, neque iterum ponere suo loco. Alius Atque sedulo mutavit, ut haec aliquo saltem modo cohaererent cum antecedentibus. Extremo versu codd. potest, itidem perturbatis numeris.

Digitized by Google

10.

— Qui alteri exitium parat, i. t.
Eum scire oportet, sibi paratum, pestem ut participet parem.
Cic. Tusc. Quaest. 2, 17.

11.

Patroclus. — Eloquere, res Argivûm proelio ut se sustinet. t. t. c.
Eurypylus. Non potest effari dictis, quantum factis suppetit.
Patr. Laberis. Igitur quiesce. *Eur.* Hei, volnus adfiga.
Patr. Tace.

12.

— Ubi fortunâ Hectoris t. t. c.
Nostram aciem inclinatam . . . .

13.

Ob scelera animique impotentiam et superbiloquentiam. t. t. c.
Cic. Tusc. Quaest. 4, 16.

14.

Qui volt, quod volt: ita dabit se res, utid operam dabit. t. t. c.
Cic. de Nat. d. 3, 26.

15.

Neque tuom unquam in gremium extollas liberorum ex te genus. t. t. c.
Cic. Orat. c. 46.

16.

Refugére oculi; corpus macie exsabuit; i. s.
Lacrumae peredere humore exsangues genas.

Fragmento 10. minus recte legitur paratam pestem, ut p. p. Fragm. 11. haec invenio: Quiesce igitur: et vuln. alliga. tace. quae partim peccant in metrum, partim obscura sunt, non distinctis interlocutoribus. Pro ei (nam sic fere codd.) non semel et scriptum fuit a librariis. Versus 2. et 3. omissi a Delr. et Scriverio. Fr. 12. codd.: Nostram acrem aciem inclin. Forte aliquis acrem scripserat pro aciem, neque delere sustinuit mendosum verbum. Supplendum video, vel aliquid simile. Ceterum cf. Ciceronem. — 13. Cic.: Quam vim mali (metûs mali alicujus appropinquantis) significantes poetae impendere ap. Inferos saxum Tantalo faciunt Ob etc. — 14. Libri fere: Qui volt esse, quod volt; ita dat se res, ut op. dabit. Recte Scriv. omisit esse; sed scribendum quoque erat ita dabit se res, quod respondeat sequentibus ut op. dabit. Metrum poscebat utid. Ἐμφατικῶς dictum Qui volt, qui volt fortiter et ita, ut non desistat ab incepto. Notum similis tenoris dictum Buffonii. In malam partem hunc versum Cic. sociens vocat amnium malorum seminatorem. Sunt autem Niobae verba, divinum honorem affectantis. — 15. Attii, sicut 9 — 12. — 16. Loquitur Aeetes, suntque haec, opinor, ex Pacuvii Medo. Versu 3. scribendum puto: Situm vide oris: barba etc. Deinde libri: horrida atque intonsa, quae est interpretatio. —

Digitized by Google

Situ nidoris, barba pedore horrida,
Intonsa, infuscat pectus inluvie scabrum.

17.

Coelum nitescere, arbores frondescere, l. s.
Vites laetificae pampinis pubescere,
Rami baccarum ubertate incurviscere,
Segetes largiri fruges, florere omnia,
Fontes scatere, herbis prata convestirier.
Cic. Tusc. 1, 28.

18.

Inter sese strepere, aperteque artem obterere extispicum: t. t. c.
Solvere imperat secundo rumore, adversâque avi.
Cic. de Divin. 1, 16.

19.

Video te, video vivum, Ulixes, dum licet! i. s.
Oculis postremum lumen radiatum rape!
Cic. Acad. Qu. 4, 28; de Oratore 3, 40.

20.

Quod ante pedes est, nemo spectat; coeli scrutantur plagas. i. t.
Cic. de Div. 2, 13.

21.

[a] Aenea! [b] Quis *is* est, qui meum nomen nuncupat? i. s.
Varro de L. L. 5, p. 56.

22.

Quis meum nominans nomen exciet? as.: c. d. et t. h.
Quis tumultu invocans incolarum fidem? c. t.
Censorin. de metris p. 2726.

17. Cic.: Hic autem, inquit, ubi nos habitamus, non intermittit suo tempore Coelum etc. — 18. Idem: Qui (Agamemnon), cum Achivi coepissent Inter etc. — 19. Ex Niptris Pacuvii, nisi fallor. In libro de Orat. legitur: Vive, Ul., dum l. etc. — 20. Cic.: Democritus tamen non inscite nugatur, ut physicus; quo genere nihil arrogantius: Quod est ante pedes etc. Verum, is tamen habitu extorum et colore declarari censet haec duntaxat, pabuli genus, et earum rerum, quas terra procreet, vel ubertatem, vel tenuitatem etc. — 21. Scal., cui haec et proxima ex quodam choro Nyctegresiae prolata esse videntur a Varrone: Nuncupare, inquit, in hoc sensu parum usitatum. Est enim hic inclamare. Pacuvius Duloreste: Extemplo Aegisthi fidem nuncupantes conciebant populum. — 22. Frustra Scal. Delr. Scriv.: Quamvis tumultu etc. Putsch. tumultu. —

Digitized by Google

23.

Cornuatam umbram jaci . . . .
Varro de L. L. 6. p. 70.

24.

Nihil horum simile apud Lacaenas virgines, i. s.
Queis mage palaestra, Eurotas, sol, polvis, labos,
Militia in studio est, quam fertilitas barbara.
Cic. Tusc. 2, 15.

25.

Sancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum obsides, t. t. c.
Unde superstitiosa primum saeva evasit vox fera.
Cic. de Div. 2, 56.

26.

Cum te expetebant omnes florentissimo i. s.
Regno, reliqui; nunc desertum ab omnibus
Summo periclo sola ut restituam paro.
Cic. de Invent. 1, 48. Rhetor. ad Herenn. 2, 25.

23. Sic plane Varro, neque posthabenda genuina haec lectio fucatis istis Scaligeri, quae sedulo propagarunt editores:

— — *Cornuat aurum,*
Umbram jacit: icere paret,

in quibus verba Cornuat aurum hoc ei valent Flectit arcum auratum et incurvat, donec cornua arcûs inter se coëant, ut Maro: donec curvata coïrent Inter se capita. Umbram jacit, ut Plin. lib. 2, „i. e.," inquit: „jam umbram jacit imminentis teli, aut sagittae, ut paulo post icere paret, pro apparet, ut in formulis ICtorum. Ad quod alludit Petron.:

Iurisconsultus *Paret*, *Non paret*, habeto.

Et Homer.: βαλέουτι ἔοικώς." Apage tantas moles emendationem. Cornuata umbra est umbra curvata instar cornu, qualis mirum est cornuum taurinorum vel cervinorum. Venationis aliquis cupidissimus ipsam umbram cornuatam cervi jaci jubet et confodi. Nec nolim jacit; quanquam et jaci potest ferri, sed imperfectâ sententiâ. — 24. Horum, aliarum urbium cultûs mollissimi parietum in umbris. Delr.: „Andromacham contemnentis Hermionae verba, ni fallor, apud Pacuvium. Fertilitatem barbaram ad luxum et mundi muliebris ornatum refert Turneb. Advers. 4, 18. Non placet. quin potius fertilitatem (barbaraе Andromachae) sterilitati suae (quod liberos ipsa nullos pareret) opponit; cui rei uxoriae et agri nomen metaphorice accommodari, quis nescit?" — 25. Versu altero sic puto scribendum:

Unde superstitiose primum saeva evasit vox sua.

Vox sua, vox propria terrarum umbilico, sive hiatui Delphico, neque alii voci similis; sententiâ praeclarâ. Passim mixa haec vocabula: vid. index Plaut. v. ferus. Saeva, magna. — 26. Ad Medeam refert Delr. —

Digitized by Google

27.

Ubi initiantur gentes orarum ultimae. i. s.
Cic. de Nat. d. 1, 42.

28.

— — Quae Lemni a. d.
Nocturno aditu occulta coluntur,
Silvestribu' sepibu' densa. a. paroem.
Ibidem.

29.

Quâ Paris tempestate Helenam innuptis junxit nuptiis, t. t. c.
Ego tum gravida expletis jam fui ad pariendum mensibus.
Per idem tempus Polydorum Hecuba partu postremo parit.
Cic. de Or. 3, 58.

30.

— — Neque me patiar t. t.
Iterum ad unum scopulum et telum classem Achivûm offendere. t. t. c.
Cic. de Orat. 3, 41.

31.

Erras, erras: nam exsultantem te et praefidentem tibi t. t. c.
Repriment validae legum habenae, atque imperî insistent jugo.
Ibidem.

32.

Jove propagatus est, ut perhibent, Tantalus; i. s.

27. Cic.: Omitto Eleusinem, sanctam illam et augustam, Ubi etc. Praetereo Samothraciam, eaque, Quae Lemni etc. — 28. Cf. monita ad Attii Philoct. 11. — 29, 1. innuptis nuptiis, ut, monente Wetselio, Eurip. Helen. 698: γάμων ἄγαμον. 2. Libri: Ego t. gr. expl. jam fere ad p. m. Sed fui requiritur, idque haud dubie latet in isto fere. — 30, 2. Scopulum et telum. Harles. ad h. l. Ciceronis intelligit notissimum illud naufragium, quod prope Caphareum, Euboeae promontorium, fecit Troiâ rediens Graecorum classis, insidias struente patre Palamedis Nauplio; quâ de re vidd. interpp. Virgilii ad Aen. 2, 82. aliique passim. Sed agitur hic infortunium, quod ante expertus aliquis nunc cavet; accipiamque haec potius de Polyxena Achillis Manibus immolanda; qua de re cf. Hecuba Eurip. ipso principio. Irata Agamemnoni Diana nexerat moras Aulidenses; quibus ille admonitus, Ne me, inquit, patiar etc. Non eodem modo etiam regitum Graecorum se moraturum dicit, offensis Achille et Thetide ipsoque progenitore Jove, sed potius puellam regiam, sicut olim Iphigeniam filiam suam, immolaturum. Fuerint igitur haec ex Attii Hecubâ, vel aliqua simili argumenti tragoediâ. — 32, 1. Alii libri, in his Voss. 2. et Andr. Locat. apud Burm.: Jove progmatus; qui et habent ortus, quod vulgo desideratur, debilioribus quidem numeris et oratione minus eloquente. Propagat Burm. interpretatus propagât, propa-

Digitized by Google

Ex Tantalo ortu' Pelops; ex Pelope autem satus
Atreus, qui nostrum porro propagat genus.
Quinctil. 9, 3. Diom. l. 2, p. 443.

33.

En, Impero Argis; sceptra mihi liquit Pelops, i. s.
Quâ ponto ab Hellés atque ab Ionio mari
Urgetur Isthmus.
Seneca epist. 11, 80. Quinctil. 9, 4. extremo.

34.

— Quod nisi quiêris, Menelae, hâc dextrâ occides. t. t. c.
Sen. ibid.

35.

Thesprote, si quis sanguine exortam tuo i. s.
Prolem inter aras sacram sacras immolet,
Quid meritus hic sit, dubium, an *id* cuiquam fuat?
Charis. l. 4. p. 254.

36.

Mehe pro *me* apud antiquos, tragoediarum praecipue scriptores, in vett. libris invenimus.
Quinctil. 1, 5.

37.

— Rite Thesprotum pudet i. s.
Rei, quod ipsa a Tantalo ductat genus.
Charis. l. 4. p. 247.

38.

Erebo, te, creata fuscis crinibus, Nox, invoco! t. t. c.
F. v. Erebum.

gavit, laudat Gifan. ind. Lucret. v. inritat et Guyet. ad Terent. Andr. 4, 1, 26. Quibus placet prognatus, ii maluerint, opinor, Ab Jove, metri corroborandi gratia. Ceterum Attii haec puto cum Scriverio et Burm. Cf., hoc monente, illa ex Atreo Attiano Multi iniqui etc. Quinctil. et secundum eum Diomedes κατ' ἐξοχήν: „apud nostrum etiam Tragicum" illum scilicet, ex quo, presso nomine, ut in notissimis, tam multa laudat Cic., et de quo Vellejus 1, 18: In Attio circaque eum Romana tragoedia est. Ad ejus igitur Atreum et hoc et sequens retulerim fragmentum. — 35. Mirifice Quinctilianei codd.: Hyperoargus sceptra etc. Turneb. Adv. 12, 11. secundum Senecam et Mureti cod. Siculum: En impero Arg., regna mi l. P. Malit Delr.: Rex impero etc. Vulgo: Impero A., regna mihi l. P. Quinctil. primum duntaxat versum laudat. — 34. Delr.: „Verba Teucri in Ajace, ex Sophocle." — 35. Putsch.: — aras sacram sacrare imm. — cuiqu. siet. Vulgo: — ar. sacras sacram imm. — fiat. De Thesproto vid. Hygin. fab. 88. — 37. Libri pudeat, ducat, ubi indicativus modus requiritur. Cf. 35. —

Digitized by Google

39.

Persüasit animo vinum, deus qui multo est maximus. t. t. c.
Idem v. metonymia.

40.

Sed jam se coelo candens Aurora obstinet i. s.
Suum patrem. Id. v. obstinet.

41.

Neque tam terribilis ulla fando oratio est, i. s.
Nec fors, nec irâ coelitum invectum malum,
Quod non natura humana patiendo ferat.
Cic. Tusc. 4, 29.

42.

Tela, famuli, tela, *tela*, propere: sequitur me Thoas. t. t. c.
Censorin. de Metris p. 2726.

43.

Axena Ponti per freta Colchos denique delatus adhaesi. a. Aristoph.
Ibidem.

44.

Hore, beato lumine volitans, qui per coelum candidus equitas. a. octon.
Ibidem.

45.

Nam nos decebat, coetu celebrantes domum, i. s.
Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,

40. Scribendum censeo Suo patri. Aurorae patrem alii alium, hic Coelum dicit. Frustra Scal. de coelo. F.: Obstinet dicebant antiqui, quod nunc ostendit. — 41. Cic.: Continet autem omnem sedationem animi humana in conspectu posita natura; quae quo facilius expressa cernatur, explicanda est oratione communis conditio lexque vitae. Itaque non sine causa, cum Orestem fabulam doceret Euripides, primos tres versus revocasse dicitur Socrates: Neque tam etc. — 42. Lipsius ita fulciebat versum: Tela, fam., tela; prop. tela: s. me Th. Iphigeniae verba. — 43. Jasonis haec, nisi fallor, ad Medeam. — 44. Libri: Ore beato lumine etc., quod manifesto falsum. De Horo, fertilitatis naturaeque deo, vidd. Herodot. 2, 144, Diodor. Sic. 1, 25, Aelian. de Animal. 11, 10, et mythologi. Delr. tentabat Phoebe, beato etc. quod longius abit a scriptura veceri. — 45. Cic.: „Affertur etiam de Sileno fabella quaedam, qui tum a Midâ captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur, docuisse regem, non nasci hominem longe optimum esse; proximum autem quam primum mori. Quâ est sententiâ in Cresphonte usus Euripides: Nam nos etc. En graeca, quae certatim laudantur a scriptoribus:

Ἔδει μὲν ἡμᾶς, ξύλλογον ποιουμένους,
Τὸν φύντα θρηνεῖν, εἰς ὃς ἔρχεται κακὰ,

Digitized by Google

Humanae vitae varia reputantes mala;
At qui labores morte finisset graves,
Omnes amicos laude et laetitiâ exequi.
Cic. Tusc. 1, 48.

46.

Nec vero tantâ praeditus sapientiâ
Quisquam est, qui alienum aerumnam dictis adlevans
Non idem, cum fortunâ mutata impetum
Convertat, clade subitâ frangatur suâ,
Ut illa ad alios dicta et praecepta excidant.
Cic. ib. 3, 29.

47.

Nam facinus fecit maximum, cum, Danaïs inclinantibus, i. t.
Summam rem perfecit manu, restituit proelium insaniens.
Cic. ib. 4, 23.

48.

Quandoquidem is se circumvestit dictis, sepit sedulo, i. t. c.
Cic. de Orat. 3, 39.

49.

— Vigilandum est semper: multa insidiae sunt bonis. i. t.

Τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
Χαίροντας, εὐφημοῦντας, ἐκτέμπειν δόμων.

Ab ipso Cicerone convertit haec arbitratur Delr.; sed assentior Scriverio, Enniana potius esse suspicato, quia paulo pressior in talibus Cic., et qui magis verbo verbum reddat, fidus, ut ait Horat., interpres. Referamus haec igitur licet ad Ennii Cresphontem. In quibus vulgo legitur, intricata oratione: coetus cel. dom. Possime autem Victorius, Gruter., Scriv., et contra libros et numeris necessitatis. Hunc omnes amicos etc. — 46. Cic.: Itaque Oileus ille apud Sophoclem, qui Telamonis antea de Ajacis morte consolatus esset, is, cum audisset de sui (sui filii, Ajacis minoris; male libri: sua), fractus est; de cujus commutatione sic dicitur: Nec vero etc. — 47. Idem: Semper, inquit, Ajax fortis; fortissimus tamen in furore. Ex Ennii Hecuba esse putat G. Hermannus. Vid. Osann. Analect. crit. pag. 139. Sic autem codex A Guelferbyt., recc. probante Schützio, quod conjecturâ Pearcius erat assecutus. Vulgatam lectionem iste in is te mutaverat Gruterus. — 49. In hisce omnibus verbis, quae poeticae orationi, pro ratione suae, Cic. inseruit, scripsique multa et cum Scriverio insciția est, cum libri habeant multae insidiae sunt bonis, quod non est latinum, et insciția sit, quod sententia patitur, metrum non patitur. Insidiae sunt dictum ut doloris sunt, taedio sunt. Charis. Institut. gramm. 1. pag. 75: Inimicitiae et insidiae pluraliter dici debent; sed Sallust. de insidia prima inquit etc. Vid. Sallust. Cort. pag. 978. Estque plane insidia graecum ἐνέδρα, sed obsolevit. Laborem, laboris fructum, ut Virg. Georg. 1, 345: Et pluvia ingenti sata laeta boumque labores Diluit etc.

Digitized by Google

Sed id, quod multi invideant, multique expetant, inscitia est
Te postulare, si laborem summâ cum curâ efferas
Nullum.

Cic. pro Cn. Plancio c. 24; pro Sextio c. 48.

50.

Struunt sorores Atticae dirum nefas. i. s.

Victorin. lib. 4. p. 2596.

51.

Martem fatigat prodigus vitae furor. i. s.

Servius in Centimetro, p. 1818.

52.

Cunctae igitur Camoenae, an. chor.
Fonticolae puellae,
Quae canitis sub antris
Mellifluos sonores;
Quae lavitis capillum
Purpureum Hippocrenes
Fonte, ubi fusus olim
Spumea lavit almus
Ore lubis aquosis
Pegasus, in nitentem
Pervelaturus aethram.

August. de Musica lib. 3.

53.

Liber, qui augusta haec loca Cithaeronis colis. i. s.

Apul. Flor. 4. principio.

54.

Nisi quâ rate Ulixes evasit Laërtius. i. s.

Quinctil. Instit. orat. 6, 3, p. 561. Burm.

55.

Neque enim laetabitur, nec moerebit nimis; c. t.
Semper in se ipso omnem spem reponet sui.

Cic. Tusc. Quaest. 5, 12.

50. Ex Attii Tereo, ni fallor. — 51. Ineptissime Delr. et scriv. Matrem. — 52, 9. Scribendum censeo jugis aquosis, jugis Heliconis. Vide, Nicander ap. Ant. Liberal. cap. 9, Hygin. Poët. astron. lib. 2, c. 18. Ultimo versu tertia syllaba in Pervolaturus male corripitur, cum sit naturâ longa. — 54. I. e. Nisi evasit (eâ) rate, quâ Ulixes, dolo. Vid. Quinctil. — 55. Cic.: „Hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens. Hic et nascentibus et cadentibus cum reliquis commodis, tum maxime liberis, parebit et obediet praecepto illi veteri: Neque enim laet. unquam, nec moer. nimis, Quod semper in se ipso" etc. In hisce facile erat agnoscere creticos; quo facto expungenda erunt verba unquam et Quod; quae vel ab ipso Cicerone, vel a librariis addita fuerunt. —

Digitized by Google

56.

Sublimiter quadrupedans flammas halitans. i. s.
Diomed. 1. p. 336.

57.

Haec, bellicosus cui pater, mater cluet Minerva. i. t. c.
Censorin. de Metris p. 2726.

58.

Quae tam terribilis tua pectora turbat? Terrificum sonitum intulit. s. Aristobul.
Ibidem.

59.

Proin det ab se regimen Argi, dum est potestas consulendi. i. t. h.
Ibidem.

60.

Qui repens, semipulsus onere gravi, fores strepitu terrent?
Ibidem. p. 2727.

61.

Quare non est dubium, cum hoc inlicium sit, cum circum muros itur, ut populus inliciatur ad magistratûs conspectum, quod consul vocare potest in eum locum, unde vox ad conventionem vocantis exaudiri possit. Quare una origine Inlicio et *Inlicius*, quod in choro Proserpinae est etc.
Varro de L. L. 5. p. 63.

62.

Qua ponto ab Helles
Cic. Orator. c. 49.

63.

Auratos aries Colchorum. dact.
Ibidem.

64.

Frugifera et ferta arva Asiae tenet. dact. tetram.
Ibidem.

56. Locus sic habet in codd.: Sublime iter quadrupedantes flammam halitantes, cum imperitus, opinor, scripsisset quadrupedantis pro quadrupedans, aliusque id inveniens in libro suo accepisset pro quadrupedantes, eique posito alterum quoque verbum accommodasset. Sic Obhaerentes pro Obhaerens legitur in acrosticho Militis Plaut. — 58. Libri: Quaedam terr. — Terrifico sonitu int. — 59. Idem: Proinde et abs te reg. Argos etc. — 60. Paeonicum denarium versum hunc esse ait grammaticus. Talis, vel ejusmodi cret. revera erit, sed hypercat., si ita scribas: Qui (pro Quis) repens med, impulsâ onere gravido fori terret strepitu? —

Digitized by Google

65.

Nam sapiens virtuti honorem praemium, haud praedam, petit. t. t. c.

Cic. de Orat. 3, 26.

66.

Hei, quid video? Ferro septus possidet sedes sacras. t. t. c.

Ibidem.

67.

Habeo ego istam perterricrepam.

Cic. Orator. 49.

68.

Versutiloquas malitias. Ibidem.

69.

Omnes Danai *atque* Mycenenses a. d.
Attica pubes. Cic. de Fin 2, 6.

70.

— Quid enim? Qui rempublicam animo certo adjuverit, t. t. c.
Statuerit; steterit cum Achivis re dubia —
Nec dubitarit vitam offerre, capiti nec pepercerit,
Summum amicum summo in bello; summo ingenio praeditum,
O ingratifici Argivi, inanes Graji, immemores benefici,
Exulare similis, sistis pelli, pulsum patimini.

Cic. pro P. Sextio c. 56, 57. (Quae in laudem Ciceronis, tum exulantis, accepta sunt a cavea.)

71.

O pater! Ibidem, c. 57.

VERSUS TRAGICI, INTERPRETE M. TULLIO CICERONE.

1. *Ex Phoenissis Eurip. vers. 534.*

Nam si violandum est jus, regnandi gratia i. s.
Violandum est; aliis rebus pietatem colas.

Cic. de Offic. 3, 21.

2. *Ex Euripidis Theseo.*

Theseus. Nam qui haec audita a docto meminissem viro, i. s.
Futuras mecum commentabar miserias:
Aut mortem acerbam, aut exili moestam fugam,

66. Perperam libri: Edquid video? Scriptum fuerat Ei pro hei; hic fons corruptionis.

Fragm. 2. Graeca, quae servavit Plut. Op. moral. pag. 195, sic se habent ap. Musgrav. in syntagmate Euripidis reliquiarum:

Digitized by Google

Aut aliquam semper molem meditabar mali:
Ut, si quae invecta diritas casu foret,
Ne me imparatum cuta lacerâret repens.
Cic. Tusc. Quaest. 3, 14.

3. *Ex Euripidis Hypsipyle.*

Mortalis nemo est, quem non attingat dolor, i. s.
Morbusque. Multi sunt humandi liberi;
Rursum creandi; morsque est finita omnibus,
Quae generi humano angorem nequidquam adferunt.
Reddenda est terrae terra; tum vita omnibus
Metenda, ut fruges: sic jubet necessitas.
Ibid. c. 25.

4. *Ex eodem Tragico?*

Si mihi nunc tristis primum illuxisset dies, i. s.
Nec tam aerumnoso navigavissem salo:
Esset dolendi causa, ut injecto equuleî
Freno repente tactu exagitantur novo;
Sed jam subactus miseriis obtorpui.
Ibid. c. 28.

5. *Ex eodem.*

Vides sublime fusum, immoderatum aethera, i. s.
Qui tenero terram circumjectu amplectitur?
Hunc summum habeto divum, hunc perhibeto Jovem.
Cic. de Nat. d. 2, 25.

6. *Ex eodem.*

Juravi linguâ, mentem injuratam gero. i. s.
Cic. de Offic. 3, 29.

7.

Bene qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum. i. s.
Cic. de Divin. 2, 5.

Ἐγὼ δὲ, τοῦτο παρὰ σοφοῦ τινὸς μαθὼν,
Ἐς φροντίδας νοῦν ξυμφορᾶς τ' ἐβαλλόμην,
Φυγάς τ' ἐμαυτῷ προστιθεὶς πάτρας ἐμῆς,
Θανάτους τ' ἀώρους καὶ κακῶν ἄλλας ὁδούς,
Ὡς, εἴ τι πάσχοιμ', ὧν ἐδοξάζον ποτε,
Μή μοι νεωρὲς προσπεσὸν μᾶλλον δάκοι.

Cf. Terent. Phorm. 2, 1, 13. seqq. — 3. Graeca habet Schol. Aristoph. ad Ran. 1242, 1355, 57. Cf. Musgr. — 4. Ex Euripidis Incertis, quae vide ap. Musgr. numero 164. — 5. Vide ibid. num. 1. — 6. Notissima sunt, quae hisce respondent, graeca; nec tamen jam succurrit, quonam loco legantur apud Euripidem. Sunt autem hujuscemodi:

Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

7. Plutarch. Op. moral. p. 768:

Μάντις δ' ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς.

Digitized by Google

L. ANNAEUS SENECA *Epist. 115.*

hos senarios profert, quos ipse vertisse, sed suo modo, videtur ex Euripidis Bellerophonte. (Vide syntagma Musgrav.)

Sine me vocari pessimum, ut dives vocer. i. s.
An dives, omnes quaerimus; nemo, an bonus.
Non, quare et unde: quid habeas, tantum rogant.
Ubique tanti quisque, quantum habuit, fuit.
Quid habere nobis turpe sit, quaeris? Nihil.
Aut dives opto vivere, aut pauper mori.
Bene moritur quicunque, dum lucrum facit.
Pecunia ingens generis humani bonum,
Cui non voluptas, matris aut blandae potest
Par esse prolis, non sacer meritis parens.
Tam dulce si quid Veneris in vultu micat,
Merito illa amores coelitum atque hominum movet.

Plura in hisce Incertis leguntur apud Scriverium, quorum quae Tragicorum sunt, perscribemus prima quorumque verba, locosque indicabimus, in quibus hic reperiuntur. 1. Aperte fatur. Armor. Judic. 19. 2. Qua causa. Ibid. 16. 3. Vidi te. Ibid. 18. 4. Praesagibat animus, frustra me ire, cum exirem domo. Exscripserunt hunc versum, tanquam tragicum, ex Cicerone de Div. 1, 31, cum sit Plautinus Aul. 2, 2, 1. 5. Quo nunc me vortam. Ennii Medea. 6. Inhorrescit mare. (Interea prope etc.) Pacuv. Dulorest. 7. Nolite, hospites. Ennii Thyestes. 8. Adsum atque advenio. Ennii Hecuba. 9. Unde animae. Ibidem. 10. O pater. Ibid. 11. Haec omnia. Ibid. 12. Vidi, videre. Ibid. 13. Mater, te adpello. Ennii Iliona. 14. Heu, reliquiae. Ennii Hecuba. 15. (Probae) etsi. Enn. Hecuba. 16. Impius, item Ob scelera et proxima 4 fragmenta, sunt ex Atreo Att. 17. Nequaquam. Ennii Medea. 18. Ille transversa. Ibidem. 19. Postquam pater. Ibid. 20. Quod in re summa et sequens locus. Atreus Att. 21. Ipse summum et Neque sepulcram, item ista Quemnam te pertinent ad Ennii Thyestem. 22. Segregare. Pacuvii Teucer. 23. Ecquis hoc animadvertit? Vincite! Atreus Att. 24. Pol mihi. Ennii Andromache. 25. Ego cum genui. Pacuv. Teucer., quo et sequens fragm. pertinet. 26. Audisne haec. Actii Epigoni. 27. Verba Si telum manu fugit, petita illa ex Ciceronis de Orat. 3, 39, non videntur esse Tragici aut poëtae. 28. Angues. Ennii Medea. 29. Ego sum Orestes et sequentia. Pacuv. Dulorest. 30. Si quidem et 3 proxima fragmm. sunt ex comoedia, Leucadia Turpilii. 31. Sed mihi. Haec quoque ex Comico. 32. Oderint, dum metuant. Ex Atreo. 33. Verba Huic vitae — et illa Postprincipia atque exitus Vitiosae vitae, quae adversus Clodium direxerunt spectatores, sunt ex Sinthlasta, togatâ Afranii, ut ipse auctor est Tullius orat. pro Sextio c. 55. 34. Quae Corinthum. Ennii Medea. 35. Qui ipse sibi sapiens. Ex eadem fabula. 36. Acherusia templa. Ennii Andromache. 37. (Ubi) Horrifer. Attii Philoctetes. 38. Ex opibus summis. Andromache Enn. 39. Quid petam. Ennii Hecuba. 40. Atqui, Prometheu et sequentia.

Digitized by Google

Ex Prometheo Att. 41. Quinam Tantalidarum. Attii Pelopidae. 42. Multimodis. Alcmaeon Enn. 45. Ista pag. 178. Sublatus est, quae leguntur ap. Cic. de Off. 3, 25, ad fabulas pertinent, ut ipse dicit, i. e. ad μυθολογίαν, non ad tragoediam aliquam, neque instunt versus. 44. Ubi nec Pelopidarum. Attii Pelopidae. 45. Animadverte et quae hisce subjecta sunt, quaeres in Ennii Medea. 46. Ita me destituit nudum (Cic. Epist. ad Famil. 9, 22.) ex comoediâ est. 47. In altisono. Ennii Iphigenia. 48. Non memore. Ejusdem Medea. 49. Quae laudat Delr., haec Nam quid modi facturus risu deniique? etc., petita illa ex Festo v. pictor, ipso judice Delrione abhorrent a tragoedia; neque huc pertinent corrupta ista apud eundem Ibant mala eluere venena corona, quae habent Varro de L. L. lib. 4. p. 18. ed. Durdr. anni 1619. et Censorin., vel quisquis ille est, Putsch. syntagmatis pag. 2256; sed, Varrone auctore, sunt ex Asoto, comoediâ Enniana. Quae quidem verba cum ibi legantur in hunc modum: Ibant malam (Censor. mala) viere Veneriam corollam (Censor. Veneream coronam), scribendum est, restituto jambico senario:

Ibant malae viere corollam Veneriam.

CENTO VIRGILIANUS,

Ovidio sub nomine Medeae, tragoediae, perperam attributus.

MEDEA.

Esto nunc sol testis et haec mihi terrae precanti (Aen. 12, 176),
Et Dirae ultrices (4, 610), et tu, Saturnia Juno (12, 178).
Ad te confugio (1, 666): nam te dare jura loquuntur (1, 731)
Connubiis (3, 136): si quid pietas antiqua labores
Respicit humanos (5, 688), nostro succurre labori (9, 404), 5
Alma Venus (1, 618). Quicunque oculis haec adspicis aequis (9, 209),
Accipite haec, meritumque malis advertite numen (4, 611.)
Quid primum deserta querar? (4, 677.) Connubia nostra
Repulit (4, 213), et sparsos fraternâ caede penates (4, 21).
Quid Syrtes, quid Scylla mihi, quid vasta Charybdis (7, 302) 10
Profuerit (Georg. 1, 451), mediosque fugam tenuisse per hostes (3, 283)
Improbe Amor, quid non mortalia pectora cogis? (4, 412)
Jussa aliena pati (10, 866), iterumque revolvere casus (10, 61),
Ire iterum in lacrimas (4, 413). Sed nullis ille movetur
Fletibus (4, 438). Infixum stridet sub pectore vulnus (4, 689). 15
Extinctus pudor (4, 322), atque immitis rupta tyranni
Foedera (Georg. 4, 492), et oblitus famae melioris amantis (4, 221),
Oblitus*que* sui est. (3, 629) Lacrimae volvuntur inanes. (4, 449)
Nusquam tuta fides (4, 373). Vanâ spe lusit amantem (1, 256)
Crudelis. Quid, si non arva aliena domosque 20

Digitized by Google

Ignotas petis? (4, 311) haec pro virginitate reponis? (12, 878)
Heu pietas, heu prisca fides! (6, 878) Captiva videbo (12, 63)
Reginam thalamo cunctantem (4, 133), ostroque superbo. (1, 643)
Haud impune quidem (3, 628), si quid mea carmina possunt. (9, 446)

CREON. MEDEA.

Cr. Foemina, quae nostris erras in finibus (4, 211) hostis (7, 723),
Flecte viam velis (5, 28): neque enim nescimus et urbem (7, 195),
Et genus invisum (1, 28), nec non innoxia verba. (Georg. 2, 129)
Hostilis facies occurris et omina turbas (3, 407).
Med. Nullae hic insidiae (6, 399), nec tanta superbia victis (1, 533).
Non ea vis animo (1, ibid.), neque sic ad proelia veni (10, 901).
Cr. Non, ut rere, meas effugit nuncius aures (7, 437),
Unde genus ducis (5, 801). Varium ac mutabile semper Foemina. (4, 569)
Tu potes unanimes armare in proelia fratres (7, 335),
Funereasque inferre faces (7, 337), et cingere flamma (1, 667),
Atque odiis versare domos (7, 336). Tibi nomina mille (7, 337),
Mille nocendi artes (7, 337), foecundaque viscera poenis (6, 598)
Cede locis (7, 559), pelagoque volans de vela patenti. (Georg. 2, 41)
Med. Rex, genus egregium (7, 213), liceat te voce moveri, (3, 461)
Pauca tibi e multis (3, 377), quoniam est oblata facultas (Georg. 4, 437),
Dicam equidem, licet arma mihi mortemque mineris. (11, 348)
Ne pete connubiis natam. (7, 96) Meminisse juvabit. (1, 207)
Dissice compositam pacem (7, 339); miserere tuorum. (11, 365)
Cr. Ne tantos mihi finge metus (7, 438), neve omine tanto Prosequere. (12, 71) [Ah,] causas nequidquam nectis inanes. (9, 219).
Stat sui cuique dies. (4, 467) Non ipsi exscindere ferro
Coelicolae valeant (6, 553), fati quod lege tenetur; (12, 819)
Nec mea jam mutata loco sententia cedit. (9, 220)
Med. Non equidem invideo (Eclog. 1, 11) genero dignisque hymenaeis; (11, 355)
Non jam conjugium antiquum, quod prodidit, oro; (4, 431)
Tempus inane peto (4, 433); liceat subducere classem. (1, 555)
Extremam hanc oro veniam. (4, 435) Succurre relictae, (9, 290)
Dum pelago desaevit hiems. (4, 52) Miserere parentis, (12, 45)
O genitor. (7, 360) *Et* nos aliquod nomenque decusque

Digitized by Google

Gessimus, (2, 89), et scis ipse, neque est te fallere quidquam. (Georg. 4, 447)
Nunc victi tristes, quoniam sors omnia versat, (Eclog. 9, 5)
Submissi petimus; terram (3, 3) littusque rogamus
Innocuum (7, 229), *neque* te ullius violentia vincat. (8, 386)
Cr. Quid causas petis (8, 395) [*ah!*] in me exitiumque meorum?
Quidquid id est, timeo (2, 52) vatum praedicta priorum. (4, 464)
Eja age, rumpe moras. (4, 569) Quo me decet usque teneri? (5, 384)
Med. Quem sequimur? quove ire jubes? ubi ponere sedes? (3, 88)
Cr. Ire ad conspectum cari genitoris et ora, (6, 108)
Dum curae ambiguae, dum spes incerta futuri. (8, 580)
Med. Nunc scio, quid sit (Eclog. 8, 43): *et* hospitio prohibemur arenae, (1, 544)
Nec spes ulla fugae. (9, 131) Nulla hinc exire potestas: (9, 739)
Quassataeque rates (4, 53) geminique sub ubere nati; (5, 285)
Et glacialis hiems aquilonibus asperat undas. (3, 285)
Si te nulla movet tantae pietatis imago, (6, 405)
Indulge hospitio (4, 51) noctem non amplius unam. (1, 687)
Cr. Desine jam tandem: (12, 800) totâ quod mente petisti,
Largior; (4, 69) *at* repetens iterumque iterumque monebo: (3, 436)
Si te his attigerit terris aurora morantem, (4, 568)
Unum pro multis dabitur caput. (5, 815)

VOX INTUS. CHORUS.

Vox. O digno conjuncta viro, (Eclog. 8, 31) dotabere, virgo. (7, 318)
Ferte faces propere! (12, 573) thalamo deducere adorti (6, 397)
Ore favete omnes et cingite tempora *palmis*. (5, 41)
Chor. Vela*mur* fronde per urbem (2, 249),
Votisque incendimus aras. (3, 279)
Heu corda oblita *tuo*rum, (4, 528)
Vatum praedicta priorum, (4, 464)
Fati sortisque futurae! (10, 501)
Spe multum captus inani (11, 49)
Mactat de more bidentes (8, 544)
Phoebo patrique Lyaeo, (4, 58)
Cui vincla jugalia curae, (4, 39)
Cumulatque altaria donis. (11, 50)
Tremere omnia visa repente, (3, 90)
Fibrae apparere minaces; (Georg. 1, 484)
Vox reddita fertur ad aures: (3, 40)
Thalamis ne crede paratis: (7, 97)

Digitized by Google

Funus crudele videbis. (11, 53)
Carpebant membra quietem, (4, 522)
Animalia somnus habebat. (3, 157)
Ferali carmine bubo (4, 462)
In fletum ducere voces, (4, 463)
Tristes denunciat iras. (3, 366)
Quae tanta insania? Cives (2, 41)
Evincti tempora ramis (8, 286)
Thalamo deducere adorti, (6, 397)
Quaeso, miserescite regis. (8, 573)

* * *

[Recubans sub tegmine fagi, (Eclog. 1, 1)
Divino carmine pastor (Eclog. 6, 666)
Vocat in certamina divas. (6, 172)
Ramo frondente pependit. (7, 67)]

Hactenus specimen veteris hujus tragoediae, ex Virgilianis versibus contextae, cujus apographum servabat Salmasius, quamque se totam editurum significavit in notis ad Historiae Augustae scriptores. Quod utrum factum sit, an non, ignoro. De centonibus Isidorus Orig. lib. 1. cap. 38: „Centones," inquit, „apud grammaticos vocari solent, qui de carminibus Homeri vel Virgilii ad propria opera, more centonario, ex multis hinc inde compositis in unum sarciuntur corpus, ad facultatem cujusque materiae. Denique Proba, uxor Adelfi, centonem ex Virgilio de fabricâ mundi et evangeliis plenissime expressit, materiâ compositâ secundum versus, et versibus secundum materiam concinnatis. Si quoque quidam Pomponius ex eodem poëmate, inter cetera stili sui otia, Tityrum in Christi honorem, similiter et Aeneidos, composuit." Cf. supra positum inter testimonia de Ovidio locum Tertulliani, et Ausonii epistolam ad Paulum, centoni ejus nuptiali praefixam.

ADDENDUM testimoniis de Attio.

Alius omnino a Tragico nostro videtur Attius, cujus meminit in eâdem satirâ (1, 50) Persius his verbis: Non est hic Ilias Atti Ebria veratro. In veteribus Glossis Accius Labeo dicitur, qui Iliadem Homeri versibus foedissime composuit. Casaubono, recentem poëtam, non veterem Tragicum, intelligi, indubitatum est. *Scriv.* Verbum ex verbo transtulit ridiculum in modum. Versum ipsius profert scriptor istarum glossarum in annotatis ad Pers. 1, 4. (Ne mihi Pulydamas et Troïades Labeonem Praetulerint.)

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine ~~of five cents a day~~ is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

OCT 22 '58 H

Digitized by Google

3 2044 079 135 455

Digitized by Google